Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-555874-p0001-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-555874-p0002-1

13.
18 538
1666,4.

*Diſputatio Juridica Inauguralis*
DE

# INFAMIA

QUAM
DIVINA FAVENTE GRATIA
Decreto & Autoritate
Magnifici, Nobiliſſimi & Ampliſſimi JCtorum
Ordinis in Illuſtri Academia Haſſo-Schaumburg.
PRÆSIDE

## DN. BERNHARDO SCHULTZEN

JCto & Anteceſſore hujus Acad. longè celeberrimo, Facult.
Juridicæ Decano, Conſiliario Haſsiaco,
Domino Patrono ac Promotore ſuo æternùm honorando,

*Pro Licentia*

Summos in Utroque Jure Honores, Inſignia
ac Privilegia Doctoralia
RITE AC SOLENNITER CAPESSENDI
*Publicæ Doctorum cenſuræ ſubmittit*

## JOHANNES GEORGIUS Gruſeman

ESCHWECENSIS-HASSUS.
*In Auditorio JCtorum ad d.      Januar. horis ante- & pomeridianis.*

Rinthelii, Typis imprimebat Petrus Lucius, Typographus Academiæ
CIↃ IↃ C LXVI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-555874-p0003-7

SERENISSIMO AC CELSISSIMO
PRINCIPI ET DOMINO

# DN. WILHELMO SEPTIMO

HASSIÆ LANDGRAVIO,
PRINCIPI HERSFELDIÆ,
COMITI CATTIMELIBOCI,
DECIÆ, ZIGENHAINÆ,
NIDDÆ ET SCHAUM-
BURGI, &c.

Principi ac Domino ſuo Clementiſsimo,

Cum Auguſtarum Proſperitatum Voto

*Diſputationem hanc Inauguralem*

Subjectiſſimâ animi devotione

offert & dedicat

*ſubjectiſſimus cliens*

JOHANNES GEORGIUS Gruſeman.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-555874-p0004-2

# I. N. D. N. J. C.

## I.

IN civili ſocietate leges eò tendunt, ut non tantùm civibus præſcribatur, quid cuique ſit tribuendum, & quomodo damnum dolo vel culpâ datum reparandum; ſed ut etiam omnibus membris Reipublicæ veluti caveatur de damnis & injuriis non accipiendis, pœnis nimirum in delinquentes conſtitutis. Ad iſtum finem omnes pœnæ, quas homines de hominibus ſumunt, collimare debent. Homo enim, cùm hominem punit, aliquid ſibi debet habere propoſitum. Et hoc eſt, quod ajunt Scholaſtici, non debere in malo cujusquam acquieſcere ulciſcentis animum, Div. Thom. 2. 2. *q.* 108. *art.* 1. Sylv. *in verb. Vindicta.* Sed ante ipſos Plato in Gorgia, eos, qui quemquam morte puniunt, aut exilio, aut mulctâ, non hoc ſimpliciter velle, ſed boni alicujus cauſa ἕνεκα τοῦ ἀγαθοῦ. Et Seneca *lib.* 11. *de ira cap.* 32. *n.* 2. ad vindictam veniendum *non quaſi dulce ſit vindicare, ſed quaſi utile.* Ariſtoteles 7. *de Republ. cap.* 13. ait, quædam eſſe honeſta ſimpliciter, quædam ob aliquam neceſſitatem, & poſterioris exemplum ponit in exactione pœnarum: pugnat ergò cum natura hominis in hominem agentis alieno dolore, quâ dolor eſt, ſatiari. Dictat enim ratio homini, nihil agendum, quo noceatur homini alteri, niſi id bonum aliquod habeat propoſitum; In ſolo verò inimici dolore ita nudè ſpectato nullum eſt bonum, niſi falſum & imaginarium, Grotius in admirando ſuo opere *de J. B. & P. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 4. 5.

II. Poſſunt autem pœnæ tripliciter dividi: in Reales, quæ luuntur corpore vel ære, quo pertinent remotiones ab officio lucroſo quâ tali: Morales, veluti ſunt objurgatio, relegatio, ignominia, infamia, diminutio capitis, &c. & Notionales, uti ſunt nominis & effigiei in patibulum ſuffixio, demolitio ſtatuarum, eraſio nominis ex tabulis alicujus ſocietatis, adjectâ notâ ignominioſâ, quæ omnia ideò applicantur, ut illi, cui infliguntur, faſtidium aliquod afferant, Samuel Pufendorf *Element. Jurisprud. univerſ. lib. 1. definit. 21. §. 5.* vid. Grot. *de Jur. Bell. & Pac. l. 2. c. 20. n. 1.* In legibus Romanorum diſtinguuntur pœnæ, quòd aliæ ſint capitales, quæ vitam adimunt, aut libertatem, aut civitatem *l. 2. ff. de publ. jud.* Sanè interdum noſtri id ſolum capitale judicium vocant, cujus non alia pœna, quàm mors eſt, ſed κατ' ἐξοχὴν *l. 4. d. pœn. l. 18. C. d. transact.* qui gradus ſint capitalium criminum docet *l. capital. 28. de pœn.* Aliæ non capitales, quibus quis ſalvâ vitâ, libertate, civitate, coercetur *l. 28. l. 6. §. nunc genera ff. de pœn. l. 103. de V. S. l. 2. ff. de publ. jud.* & quæ ad exiſtimationem magis, quàm capitis periculum pertinent *l. 28. §. 1. ff. de pœn.* ut ſunt damnatio in opus temporarium *l. 28. §. D. Hadrianus l. 8. §. in miniſterium. ff. eod. l. 6. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. l. 5. §. minuitur. ff. de extr. cognit.* admonitio fuſtium, caſtigatio flagellorum vel virgarum *l. 7. ff. de pœn.* quarum hæc ſervorum *l. 10. ff. de pœn. l. 7. §. præterea, l. 9. § pen. l. ult. ff. de injur. l. 6. ff. d. accuſ. l. 4. §. 1. ff. de inc. ruin. nauf.* illa liberorum eſt, ſed humilium *l. 28. §. non omnes l. 10. ff. de pœn. l. 5. C ex quib. cauſ. infam. irrog.* Relegatio, quæ non uno mòdo fit, *l. 5. 7. 14. ff. de interd. & releg.* Infamia, quæ pœnis annumeratur *l. 8. ff. de pœn. pr. Inſt. de pœn. tem. litig.* licèt alicubi à pœna ſeparetur *l. 22. ff de his qui not. infam.* ex hac forſan ratione, quòd in criminibus coercendis vix unquam ſola pœnæ locum ſubeat, ſed alias pœnas comitetur. Nos miſſis cæteris operam minimè ludemus, ſi de infamia tractationem ſuſcipiamus, quam ſequenti methodo abſolvemus, ut 1. inveſtigemus, quid ſit Infamia: hanc enim primam cujusque operis partem ſapientes eſſe jubent. 2. in quas ſpecies dividatur. 3. ex quibus cauſis infamia irrogetur. 4. quæ ſint effecta infamiæ. 5. quibus modis infamia aut vitari, aut elui poſſit.

540



III. Infamia nihil aliud eſt, quàm ignominia ſive exiſtimationis privatio vel imminutio, quâ quis honeſtorum virorum numero eximitur *l. ex omnibus 31. C. de Decur. l. 8. §. ult. in fin. C. de hæret. l. 17. C. ex quib. cauſ. infam. irrog.* Fama ad perſonam relata eſt perſonæ cujusque exiſtimatio *l. 3. §. ult. l. 4. d. ſuſp. tut. l. 13. §. pœna gravior. ff. de his qui not. inf.* quæ definiente Calliſtr. *in l. pen. §. 1. ff. de var. d. ext. cogn.* eſt dignitatis illæſæ ſtatus, legibus ac moribus comprobatus. Vel, ſi mavis pleniùs, eſt integra opinio de vita ac moribus cujusque, quâ fit, ut quis inter bonos ſeu honeſtos viros habeatur. Hujus exiſtimationis ſeu famæ imminutionem vel damnum, quo fit, ut famoſus à cœtu honeſtorum ſegregetur, contrario verbo infamiam appellamus *l. 8. C ex quib. cauſ. infam. l. 2. C. d. dignit.* Vinnius *in paratit. jur. civ. lib. 3. cap. 20.* Generis loco poſuimus ignominiam, quia id verbum latiùs patet, quàm infamia. Omnis infamia eſt ignominia, non contrà, Omnis ignominia eſt infamia. Notæ cenſorum ignominiam afferebant, non infamiam *Cicero in orat. pro Cluent.* Wiſſenbach. *ad ff. tit. de his qui not. infam. n. 12.* Ant. Matthæi *de crim. lib. 48. tit. 18. cap. 3. de infam. n. 1.* Adjecimus: quà quis honeſtorum virorum numero eximitur; hoc enim proprium eſt ejus ignominiæ, quæ legibus irrogatur, cùm neque notæ cenſorum, neque ſola hominum opinatio quem eximat ê numero honeſtorum: cujus rei teſtis locupletiſſimus eſt *Cicero pro Cluent.*

IV. Poſtquam de Definitione infamiæ egimus, rectâ primum viâ ad enumerationem ſpecierũ deſcendamus. Dividitur infamia ab interpp. in duas ſpecies; quarum alteram infamiam juris, alteram infamiam facti vocant, quæ diſtinctio cõmunis doctrinæ gratiâ eſt recepta, quam & hi loci ſuggerunt *l. 13. l. 17. l. 19. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. l. 20. ff. eod. l. 2. ff. de obſeq. par. & pat. l. 27. C. de inoff. teſtam. l. 2. C de dignit. l. 25. C. ad L. Jul. de adult. l. 1. §. interdictum. 43. de vi arm. §. 1. in fin. Inſt. quib. ex cauſ. manum. Nov. 4. c. 3. verſ. agnoſcant. l. 2. C. rer. amot.* Wiſſenbach. *d. tit. n. 13.* Ant. Matth. Vinnius *dd. loc.* Struv. *ad ff. h. t. n. 16.* Bachov. *ad ff. h. t. c. 1.* Paul. Chriſt. *in deciſ. Belg. vol. 2. dec. 106. n. 1.* Infamia juris eſt, quæ ex turpi aliquo facto orta juris authoritate, id factum notantis irrogatur *l. 20. ff. de his qui not. infam. l. 8. l. 20. C. eod.* Duo igitur hîc concur-



rant

rant neceſſe eſt, factum aliquod turpe, & juris authoritas, hoc factum notantis. Infamia facti eſt, quæ ex turpi facto eoque non dubio nata, nulla tamen parte juris notato, exiſtimationem alicujus apud graves & & cordatos viros onerat *l.20.l.22.ff.de his qui not.infam.l.13.l.17.l.19. C eod.l.2.ff. de obſeq.par. & patr.præſt.* Wiſſenbach.*n.*13. Vinnius *d. cap.*20. Struv.*n.*16.17. Hæc propriè non eſt infamia: neque enim opinio hominum, ſed lex, SC. Conſtitutio Principis, Edictum Prætoris infamiam faciunt. Et hæc infamiæ ſpecies ex circumſtantiis meliùs æſtimari, quàm certis regulis includi poteſt: unde fit, ut interdum hujusmodi perſonæ oppoſitæ iis, qui jure notantur infamiá, infames eſſe negentur *l.13.l.ſeq l.19.C ex quib.cauſ.infam irrog.* quia non notantur lege, aut alia parte juris, neque incommoda infamiæ juris ad eos pertinent; Quò minus verò facti maculam ſuſtineant, impedire non eſt in poteſtate legislatoris. Utraque verò infamia juris & facti habet ſuos gradus, & æſtimanda eſt ex turpi facto, quorum unum altero gravius aut levius eſt in genere morum: formalis enim ratio bŏni moralis conſiſtit in conformitate cum lege, & formalis ratio mali moralis in exorbitantia aut defectu ab illa. Prout igitur factum magis repugnat legi, eô eſt turpius & enormius, & infamia, quæ ex illo facto oritur, eſt gravior. Marquard.Freher.*de infam.lib* 3.*c.*1.*n.*10. Eſt etiam Jure Canonico infamia eorum, qui in peccato mortali vivunt *cap.3. illi qui cauſ.6.q.*1. Freher.*d.cap.*1.*n.*7. Verùm, ſi de hac infamia conſtat, ea eſt vel infamia juris vel facti. Affinis infamiæ eſt, ab ea tamen omnino diſtinguenda, levis notæ macula *l.27.C de inoffic.teſtam,*

V. Cæterum infamia ſuas proprias habet cauſas *l.1.ff.de his qui not.infam.* Malè profectô nobiscum ageretur, ſi ſecunda alicujus fama & exiſtimatio penderet à libidine hominum male-feriatorum, vespillonum pietatis & probitatis, quibus hoc ſeculum nimium quantum deprehenditur ferax. Tu quisquis es bonæ famæ myſta, animi integritate involutus, contemne nequam ſeculi dicteria, uti eleganter loquitur Wiſſenbach *ad ff.tit.de R.J reg.*184.

V I. Cauſa efficiens infamiæ eſt in genere turpe factum, in ſpecie verò infamiæ juris turpe factum & lex ſeu jus notans. Notat au-

tem

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-555874-p0008-5

tem lex ſeu jus vel immediatè, aut mediatè per ſententiam judicis: priori modo, quando facta ſolùm lege notantur hoc ipſo, quo ſunt admiſſa; poſteriori verò, cùm facta demum per ſententiam notantur. Vera autem ratio, cur quædam facta & perſonæ ipſo jure, quædam demum per ſententiam notari dicantur, non eſt qualitas & gravitas delicti & facti; ſed quòd quædam facta ſint ejus conditionis, ut fiant publicè, aut utique liquidò de iis conſtet; nec, qui arguuntur, ulla ſe poſſunt exceptione tueri. Quædam verò ſolent committi clam, quantum fieri poteſt, aut certè, an jure facta ſint, diſputari poteſt: itaque de iſtiusmodi delictis non niſi per ſententiam verè conſtare poteſt *l.29. de jur. fiſc.*

VII. Lege ſolâ notantur hæc facta, ſi quis artis ludicræ cauſa in ſcenam prodierit *l.1. l.2. §. ult. l.3 l.4. ff. de his qui not. infam.* Marquard. Freher. *d. lib.3. c.18.* Auguſtin. *de Civ. D. l.2. cap.10. & ſeq.* Græcorum & Romanorum hac in re differentiam notat, quòd illi ſcenicos honore & dignitatibus affecerint, hi infamiâ notarint *& lib.1. de Conſenſ. Evang. c.33.* Tertullian. *lib. de ſpectac. cap.22.* Chryſoſt. *homil.8. de pœnitent.* theatra vocat *peſtilentiæ cathedram, incontinentiæ gymnaſium, luxuriæ officinam, impudicitiæ orcheſtram, & fornacem Babylonicam*, vid. Guiliel. Ames. *lib.5. d. conſcient. c.39. q.7.* Wiſſenbach. *ad ff. tit. d. V.S. diſp.31. th.1. n.2.* Si quis bina eodem tempore ſponſalia binasve nuptias contrahat *l.1. l.13. §.1. cum 3. ſeqq. ff. de his qui not. infam. l.18. C. ad L. Jul. de adult.* Carpz. *in pract. crim. part.2. q.67. n.11.* Freher. *d. lib.3. c.17. n.29.30.* Si mulier in flagranti adulterio ſit deprehenſa *l. 43. §. quæ in adulterio ff. de rit. nupt.* qui lenocinium faciunt *l.1. l.4. §.2. ff. ex quib. cauſ. infam. l.43. §.4. ff. de rit. nupt.* Ant. Matthæi *d. crim. tit. ad L. Jul. d. adult. cap.1. n.14.* Bachov. *ad ff. p.788.* Freher. *d. lib.3. c.16. n.27.* Hahn. *ad VVeſemb. tit. de his qui not. infam. n.5.* Mulieres, quæ in notoria ſcortatione turpem degunt vitam, quàmprimum conſtat de proſtrata pudicitia, licèt nec dum ſint damnatæ, ipſo jure ſunt infames *l.43. §. pen. de rit. nupt.* Mares v. non niſi per ſententiam damnati, quam diſtinctionem etiam in ſtupro vulgari veram eſſe exiſtimat Dn. Hahn. *ad VVeſembec. d. n.5.* Mulier verò per vim ſtuprata & cognita, nullam prorſus infamiæ maculam incurrit *l.20. C. ad Leg. Jul. de adult. l.13. §. ſi*

*quis*

*quis plane.7.in fin.ff.eod.* Mat.Steph. *ad art.119. Ord.Crim.Carol.* Ex quo infert Franc.Pfeil *cent.2.conſil.147.* virginem vi ſtupratam coronam virginitatis in capite portare non prohiberi, quia vi compreſſa, non perdit virginitatem & pudicitiam, quæ virtus in animo, non in corpore conſiſtit, Auguſtin. *de Civ. Dei l.1.c.18.c.itane. c. de pudicitia. 32.q.5.* Ambroſius *in c.revera.d.cauſ.32.q.5.* quem ſequitur Matth. Stephan. *ad art.119. Ord.Crim.Carol.* licet contrarium reſponderint Scabini, ſcilicet ſtupratæ & per vim cognitæ virgini inſignia virginitatis portare non eſſe permittendum, uti præjudiciis confirmat Carpz. *in pract.Crim.part.2.q.75.n.83. & ſeqq.* ibi: Sie iſt aber gleichwol/ weil ſie ſelbſt geruget und geklaget/ daß er das Werck der fleiſchlichen Unzucht mit ihr vollbracht/ mit bedecktem Haupte zu gehen ſchuldig. Qui muliebria paſſus *l.1. §. 6. ff. de poſtuland.* & qui venere non nominandâ ſe polluit Freher. *d.lib.1. cap.16. n.23.* Mulier, quæ intra tempus lugendo marito præſtitutum nupſit, aut pater, qui eam collocavit, quive eam duxit *l.2.C.de ſecund.nupt.l.1.l.8.l.11. §.ult.ff. de his qui not. infam.* Hanc ſanctionem verò ſuſtulit Jus Canonic. quo ſtatim permittitur mulieri jus nubendi (modò tamen ne ſit gravida) citra notam infamiæ *cap.pen. & ult. X.de ſecund.nupt.* Brunneman *ad Cod.tit.de ſecund.nupt.l.1.2.* & Barboſa *ibidem.* reliquæ verò pœnæ favore liberorum prioris matrimonii contra ſecundò nubentes ſancitæ Jure Canonico non ſunt ſublatæ Gail. *lib.2. obſ.98.n.8.* Peregrin. *d.jur.fiſci l. 3.tit.15.n.3.* Argentoratenſ. *vol.1.conſil.71.q.2.* Ant.Gabriel *in concl. lib.3.tit.de ſecund.nupt.concl.5.6.* Alexand.Trentacinq. *tit.de matrim. reſol.5.n.9.* Paul.Chriſtin. *in deciſ.Belg.vol.3.deciſ.131.n.8.9.* Abutitur verò Pontifex Urbanus III. dicto Apoſtoli *ad Rom.7.v.2.3. & 1. ad Corinth.7.v.39.* Non enim Romanus legislator ignoravit, morte mariti uxorem ab ejus lege liberam eſſe, ſed publicæ honeſtatis cauſa voluit mulierem expectare, nec veteres Epiſcopi tacuiſſent, ſi contra ſententiam Pauli fieri putaſſent, cùm optimi & Chriſtianiſſimi Impp. *in l.2.C.de ſecund.nupt.* veterem terminum ad duos menſes prorogaverint Bachov. *ad ff.pag.782. & ſeq.* Dn.Hahn. *ad V Veſemb.tit.de his qui not.infam.n.5.* Vinnius *in paratit.juris civil.lib.3.c.20.* Wiſſenbach.

542



bach *ad tit. de his qui not. infam. n.*19. Bened. Carpz. *jurisprud. Conſiſt. lib.*2. *defin.* 158. 159. Freher. *de infam. d. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 15. *& ſeq.* Qui improbum fœnus exercent *l.* 20. *C. Ex quib. cauſ. infam. irrog.* quos ipſo jure citra ſententiam notari tradunt Acc. Cyn. Bart. Caſtrenſ. Salicet. Brunneman. Barboſa ibid. Freher. *d. l.* 3. *c.* 20. *n.* 3. quòd verò nonnulli ſtatuunt, ut Covarruv. *l.* 3. *reſol.* 3. *n.* 2. Ludov. Molin. *d. Juſt. & Jur. tract.* 4. *diſp.* 8. *n.* 15. etiam illum infamem fieri, qui lege conceſſas uſuras accipit, id Imperii Conſtitutionibus, in quibus eſt permiſſum quinque pro centum exigere, adverſatur, Conſt. Imp. de Ann. 1500. 1530. 1548. ſub Rubr. von Wucherlichen Contracten/ & noviſſima Imp. Conſtit. de Anno 1654. §. anreichend die künfftige Zinſe/ &c. uti in Cam. Imp. in cauſa Herborn contra Morſchein mandatum de ſolvendo decretum 25. Septembr. Anno 87. & in cauſa Lang contra Hutten 23. Septembr, Anno 88. & in cauſa Münchaußen contra Oſtfrießland 17. Sept. An. 89. quæ uſurarum quantitas etiam judæis adjudicatur, vide præjudicia allegata in den Franckfurter Actis von der Juden Stätigkeit &c. & recentiùs in cauſa Macken contra Joſeph Juden appellationis, ubi ſententia prior reformata, & non niſi 5. in centum ſunt adjudicata An. 1617. d. 27. Jun. Roding. *in pandect. Cam. lib.* 3. *tit.* 6. Quòd ſi verò plus ratione uſurarum ſit promiſſum, ſtipulatio tantùm quoad illam quantitatem, quæ eſt in Imper. Conſtitutionibus determinata, valet, uti obſervatum in Cam. Imp. in cauſa Pobiſch contra Flettner 19. Octob. An 83. & in cauſa Lübeck contra Roſtock/ & aliis multis caſibus, quos refert Ruland. *de commiſſ. part.* 4. *lib.* 6. *cap* 6. *n.* 14. quæ igitur uſuræ in Imperii Conſtitutionibus ſunt determinatæ, illis, ſi exiguntur, non fit aliquis infamis: nec enim uſuræ, quæ ſtant intra compenſationem ejus, quod abeſt aut abeſſe poteſt, juri naturali repugnant, Grot. *de I. B. & P. lib.* 2. *c.* 12. *n.* 20. Abulenſis *in cap.* 35. *Matthæi*. Salmaſius *in tractat. de Uſuris*.

VIII. Porrò, qui contra pactiones jurejurando firmatas dolo malo venire auſus ſit, *l.* 41. *C. de transact.* Dd. quos refert Gœdd. *in Conſil. Marpurg. vol.* 4. *conſ.* 28. *n.* 26. Carpz. *in pract. crim. p.* 1. *q.* 46. *n.* 33. qui ipſo jure notatur Accurſ. *ad d. l.* Bald. *ibid. col. ult.* Br. *n.* 10.

Caſtrenſ.*n.*3. Salicet.*n.6.* 11. *&* 14. Jaſon *col.*6. Quænam verò requirantur, ut ſit locus huic conſtitutioni, tradit Thom. Merkelbach. *in conſil. Klocken tom.* 3. *conſi.* 58. in cauſa Academiæ Roſtochienſis contra Senatum Roſtochienſem. Habet verò locum *d.l.*41. in omni alio contractu concurrentibus requiſitis Merkelbach. *d conſ.n.*12. Cardinal. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 4. *tit.* 32 *n.*55. Barboſ. *ad d. l.*41. *n.*4. *& ſeq.* etiam contra univerſitatem quoad privationem contractus, non quoad infamiam, Barboſ. *n* 11. Merkelbach. *d. conſil. n.* 35. *& ſeq.* Brunneman *ad l.*41. Et quia executio fit ab ipſa lege quoad infamiam, ubi contra ventum eſt, non erit locus purgationi moræ, Bart. *ad d.l.*41 *n.*11. Caſtrenſ. *n.*3. Salicet. *n* 4. Jaſon. *col.*6. *in fin.* adde quæ tradit Fachin. 1 *cent.* 11. 12. & 13. Menoch. *conſil.* 355. Roland. à Vall. *vol.*1. *conſil.* 57. Gabriel *commun. concluſ. lib.* 3. *concl.* 1. *per tot.* & licet Dd. hoc remedium in praxi vix obtinere ſtatuant Corneus *vol.* 3. *conſ.*246. *n.*5. ubi dicit, ſe bis vidiſſe, quòd judices noluerint illud admittere Cravett. *conſ.*413. *n.*18. Surd. *conſ.*103. *n.*20. *& conſ* 86. *n.*19. quos citat Merkelbach. *d. conſ. n.*26. 27. Contrarium tamen probat eleganti præjudicio Dn. Richter *in interpret, d.l.*41. *C. n.*24. ubi notat ſecundum requiſita illius legis in Coll. Jurid. eſſe reſponſum, his verb: Ob gleich viel Rechts Lehrer dahin ſchlieſſen wollen / daß der *diſpoſition l. ſi quis major* 41. *C de tranſact.* weil dieſelbe etwas ſtreng und ſcharf / nicht ſo leichtlichen *in praxi* nachgegangen werden ſollen / wo nicht alle *requiſita* und nohtwendige Stücke / ſo dabey außgedruckt / zu befinden / zuſammen vorhanden ſeyn / als nemlichen / daß 1. die jenigen / ſo ſolchen Vertrag auffgerichtet / auß ihren unmündigen Jahren kommen. 2. die *tranſaction* und Vergleichung mit ihnen der *tranſigenten* freyen Willen / ohne Zwang und Drangſahl geſtifftet und getroffen ſey / imgleichen 3. daß die Partheyen ſolcher Vergleichung unverbrüchlichen nachzukommen / eydlich einander verſprochen und zugeſagt haben / und dann 4. daß der verbrüchliche Theil auß vorſetzlichem betrieglichen Gemühte demſelben auffgerichteten Vertrage zu wider kommen / oder ſolchen umzuſtoſſen / ſich unterſtanden und gelüſten laſſen / allhier aber es dem erſten Anſehen nach / an ſolcher eydlichen Bekräfftigung gebrechen wil: dennoch aber / weil

weil in gegenwertigem Fall beide *tranſigirende* Theil bey ihren Ehren/ wahren Worten/ Trauen und Glauben/ was in dem Vertrage geſetzet/ erbahrlich und auffrichtig in allen *Puncten* zu halten einander verſprochen und zugeſaget/ und eine ſolche hoch betheurte Verſprech- und Verpflichtung/ vermöge einhelligen Schluſſes der Rechts-Lehrer/ und nach üblichem GerichtsGebrauch der eydlichen Zuſage gantz gleich geachtet wird/ alſo und dergeſtalt/ wann jemand zumahl eine Fürſtliche/ Gräffliche/ Adeliche/ oder andere Perſohn/ ſo für ſich oder wegen ihres Ehegatten/ in vornehmen Ehrenſtand geſeſſen (*Coler. de proceſſ. executiv. p.* 1. *c.* 10. *n.* 290. *in noviſſ. editione, ubi dicit, idem obtinere in Doctoribus, & quibuscunque aliis perſonis honeſtioribus*) etwas zugeſaget/ bey ſeinen Ehren/ Trauen und Glauben/ dies und jedes/ was der auffgerichteten Verſchreibung mit einverleibet/ ſtet/ feſt und unverbrüchlich zu halten/ er ſolchen von Rechts wegen eben ſo wol/ als wenn er daſſelbe mit einem leiblichen Eide geſchworen hätte/ bey *Pœn* und Straffe des Meineydes nachzukommen und zugeleben verbunden/ Inmaſſen auch nach ſolcher Rechts-Lehre nicht allein anderswo geurtheilet wird/ ſondern auch in hieſigem SchöpffenStuel und inſonderheit *Anno* 1613. *Menſ. Ianuar.* alſo geſprochen worden/ Zu deme *in terminis terminantibus* vornehme Rechts-erfahrne *Practici, Hieronymus* Schurff/ *Curtius Iunior, Andreas Gailius, Speculator, Cagnolus, Martinus Uranius, Zoanettus, Gomezius, Bertrandus, Zaſius, Antonius Gabriel,* und andere/ dieſes *communem opinionem* nennen/ daß nemlichen/ gleich wie wegen nicht-Haltung eines mit dem Eyde beſtättigten Vertrags/ alſo und gleicher maſſen wegen *Violi*rung und Brechung einer ſolchen *transaction*, ſo beyde Partheyen bey Ehren/ Trauen und Glauben zu halten zugeſaget/ die *in d. l. ſi quis major* 41. verordnete Straffen ſtatt haben können/ welches/ ob es wohl andern *Nationen* etwas zu ſcharff ſcheinet/ und deshalben nicht allerdings bey ihnen im Gebrauch gehalten worden ſeyn möchte/ doch billich bey unſer löblichen Teutſchen *Nation*, (welche von Alters hero je und allewege Treu und Glauben/ ſo hoch und theur/ als andere Völcker die Eydliche Betheurung jemahls geachtet haben mügen/ gehalten) nochmahls ein allgemeiner Rechtsſchluß und Lehre ſeyn und bleiben ſol-

 len/

len/ zumahl bey gegenwertigem Fall/ da nicht von allen dem angezogenen *l. ſi quis major* 41. *C. de transact.* einverleibter Straffen/ ſondern nur von Verluſt der abgehandelten und verſprochenen 400. Güld. gefragt wird/ Und gleichwol eurem Bericht nach/ eures Vatters Seel. Wittben und ihr jetziger Ehewirt/ den klaren/ *extendirten*, beliebten/ ſo hoch betheuretet und gäntzlich vollzogenen Vertrag zu widerkommen / ſich gelüſten laſſen / In deme ſie wider ihr beſſer Wiſſen und Wohlbewuſt nich allein 100. Güld. zu viel zu fodern ſich nicht geſcheuet/ ſondern auch bey ſolcher Forderung ungeachtet/ daß ſie vor der Obrigkeit mit Anführung allerley Umſtände/ ein anders/ und daß es diſsfals bey berührter *transaction* gelaſſen werden müſte/ zur Gnüge erinnert worden/ gäntzlichen beruhen/ worauß denn ihr/ ſonderlichen des Weibes Meinung und Gemüht/ von dem einmahl beliebten Vertrage/ und ihrer ſo hoher Betheurung ab zu weichen/ ſattſam abzunehmen : Als erſcheinet auß dieſen und anderen *Motiven*, Rechtsgründen/ und Umſtänden allenthalben ſo viel / daß/ wo ferne mehrgedachte Wittib und ihr jetziger Eheman mit einem Cörperlichen Eyde/ daß ihnen nicht anders wiſſend/ als daß ihnen 500. verſprochen/ nicht erhalten könten noch mögten/ ſie ſich ſo dann vermöge obangezogener *diſpoſition in l. ſi quis major* 41. *C. de transact.* der gantzen Forderung der 400. Gülden verluſtig gemacht/ V. R. W. Sed an illa conſtitutio etiam pertineat ad transactiones ipſo jure invalidas, juramento tamen firmatas? quæſitum eſt. Reſpondemus, tales transactiones Jure Civili per jusjurandum non confirmari, *l. ſi ex falſis* 42. *C. Ex quib. cauſ. infam. l.* 5. *C. de legib. l.* 7. *§.* 16. *ff. d. pact. l. ſi quis* 112. *§. ult. de legat.* 1. ſecus autem eſſe de Jure Canonico *c. cum contingat* 28. *X. de jurejurand. c. quamvis de pact. in* 6. etenim Jure Canonum non alii pactus ſimpliciter prohibiti atque invalidi ſunt, quàm qui offendunt pietatem, & peccatum fovent, nutriuntque, ſuper quibus jurare & ipſum peccatum eſt, & gravius adhuc peccatum, quod juraveris ſervare Grot. *de I. B. & P. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 6. 7. *& ad Teſtam. Vetus pag.* 224. *& in annot. ad Matth.* 5. 33. Joh. de Lugo *de Iuſt. & Iur. diſp.* 22. *ſect.* 8. *n.* 206. *& ſeqq.* ex. gr. Non valet jure civili transactio de aliment. teſtamento relictis facta citra cognitionem Prætoris, etiamſi ſit jurata, cauſa verò ob

quam

quam improbatur, tota eſt merè juris poſitivi: jure verò canonico omnia juramenta ſponte præſtita, quæ nihil impietatis in ſe continent, ſervanda ſunt, Sande *lib.4.tit.5.def.15.* Vinnius *de tranſact. c. 5.n.8. & cap.8.n.15.* Et hæc, quæ ſupra diximus, obtinent in jurata transactione, jure verò canonico perjuri indiſtinctè infamiam incurrunt, *l. infamis.6.q.1 c.ſi quis convictus c.querelam de jurejurand.* Martin. Uranius *in lect. ad d.cap. Querelam n.5.* juxta quæ reſponderunt Dn. Anteceſſores Facultatis Juridicæ Helmſtadienſis Ann. 1614. d. 23. Febr. verbis: Daß ihr D.O. der albereits *fugitivus* worden/ und von euch wiederum zu Handen gebracht/auch an den Geldern des W. darüber er geſetzet geweſen/wieder ſeinen darauff geleiſteten Eyd ſich vergriffen/*infamis* und anrüchtig geworden/ *ad juratoriam cautionem* in dieſer eurer hohen Forderung/ſo uff 4000. Flor. ſich erſtrecket/kommen zu laſſen/nicht ſchuldig. (*jur. c. parvuli 22. q.5.*) Dn. Hahn. *ad VVeſemb. tit. de his qui not. infam. n.5.*

IX. Præterea infames quoque ſunt, qui Fidei Catholicæ Symbolo Apoſtolico comprehenſæ obſtinatè adverſantur, *l. 1. in fin. C.d.Summ.Trinit.* Authent. Gazaros *C. de hæret. & Manich.* ibique Brunneman. Reinking. *de regim.ſecul. 3. claſſ.1.cap.5. n. 2.3.* Freher. *d. lib.3.cap.19.n 4.* Idem dicendum de Judæis, qui pro infamibus & viliſſimis habentur, adeò, ut omnia officia publica ſint illis interdicta, *l.ult. C.de Iudæis c.pen.X.eod.* quod & generali Concilio Lateranenſi prohibitum ſub Innocent. III. *can.69.c.nulla diſt.54. & c.conſtituit 17. qu.4.* Freher. *d.cap.19.num.7.* Hinc in Camer. Imper. quidam Judæus, der ſich ein Regirer gemeiner Judenſchafft genennet, condemnatus fuit in duas Marcas auri puri. In zwey Marck Löthiges Goldes dem Käiſerlichen *Fiſco* zu Straff *cum expenſis* zu entrichten. Reinking. *de Regim. Secul.lib.2.claß.2.c.3.n.38.* Hoc tamen aſſerendum, quòd magiſtratus, qui ſemel Judæos recepit in protectionem, non poſſit contra pacta & privilegia illos pro lubitu expellere Paul. Pariſ. *vol.4. conſ.2. num.15.* Marquard. *de Suſan. in tract. de Iudæis c.7.n.4.5.* Buxtorff. *ad A.B. Carol. IV. concl. 90. lit. C.* & ita in Cam. Imp. mandatum cum clauſula decretum in cauſa Joachim Ferber Juden zu Northauſen contra Bürgermeiſter

B 3

germeiſter und Rath der Stadt Northauſen, 28. Septembr. Ann. 1551. Ruland. *d. commiſſar. part. 3. lib. 7. cap. 3. n. 5.* qui plura præjudicia recenſet, in quam etiam ſententiam reſpondit Facultas Juridica Colonienſis 5. Februar. Ann. 1628. in cauſa Domini Abbatis Fuldenſis, & Facultas Juridica Ingolſtadienſis 9. Febr. eodem Anno, ut & Facultas Juridica Marpurgenſis 30. April. Ann. 1630. in eadem cauſa, quod cum hoc temperamento intelligendum, niſi ſint recepti Judæi certis conditionibus, quas ipſi temerario auſu violant: tunc enim ſecuritatis auxilio frui non poſſunt; ex qua & ſimilibus rationibus reſpondit Facultas Juridica Ingolſtadienſis in cauſa Dn. Abbatis Fuldenſis contra Judæos 9. Febr. An. 1628. videſis Reinking. *d cap. 3. n. 49.*

X. Sic etiam infames ſunt ſpecialis injuriæ rei, licèt ordinariè in judicium vocati & damnati non ſint, uti ſi judici ab appellatoribus convitium fiat *l. 42. ff. de injur.* Si quis temerè appellet, & ſummâ impudentiâ & notoriâ injuſtitiâ fatiget judicem appellando *l. 19. C. de appellat.* ibique Brunneman. Dn. Hahnius *ad Weſembec. tit. de his qui not infam. n. 5.* & Bachov. *in notis.* Freher. *d lib. 3. c. 12. n. 10.* Hillig. in Don. *lib. 18. c. 8. lit. O* Noviſſima Imp. Conſtitutione de Ann. 1654. §. Und nach dem &c. 114 ob indies increſcentem libidinem litigandi & temeritatem appellandi frivolè appellantibus pro ratione circumſtantiarum pœna viginti Marcarum auri puri, aut pœna corporis afflictiva pro arbitrio judicis infligi poteſt, & advocati pro delicti qualitate gravius, quàm partes litigantes jurium ſæpe ignaræ puniuntur, *d. §.* Und nach dem 114. *in fin.* quomodo appellantes ſeu quotidié in pœnam unius vel plurium Marcarum in Cam. Imp. condemnantur, à qua pœna nec ſtatus Imperii immunes ſunt; ſic in cauſa T. M. contra I. S. Princeps Imperii in pœnam unius Marcæ wegen ungebührlich interponirt ex appellation (hac farmulâ Camerales contra ſtatus Imperii utuntur, ubi contra alios pronunciatur wegen ihres frevelmütigen Appellirens) fuit condemnatus 13. Decemb. A. 1658. quomodo etiam appellatos wegen ihres frevelmütigen Umtriebs und muhtwilligen litigirens in pœnam duarum Marcarum auri puri condemnatos, recordatur Roding. *in Pandect. Cameral. lib. 1. tit. 30. n. 8.* in cauſa I. B. contra H.

Joh.

544



Joh.H.& H.B. An. 1654. plures cauſas & perſonas, quæ & ex iis conſtitutionibus ſparſim propoſitis, infamiâ notant & notantur, profert Bach. *ad Pandect pag. 788. & ſeq.* Hæc de iis, qui immediatè à lege infamiâ notantur.

X I. Nunc porrò videndum, quinam mediatè per ſententiam judicis fiant infames, ubi diſtinguendum inter judicia, quæ ſunt vel civilia, vel criminalia. Civilium quædam ex edicto, alia ex contractu & quaſi: Ex edicto proficiſcentia famoſa ſunt: Furti, vi bonorum raptorum, de dolo malo, injuriarum *l. 1. l. 4. §. 5. ff. de his qui not. infam. l. 18. C. eod.* Freher. *d. infam. l. 3. cap. 9.* Vinn. *in paratit. Iur. Civil. lib. 2. cap. 45. p. 356.* quomodo in caſu intentatæ actionis injuriarum reſpondit Merkelb. *in conſil Klocken tom. 3. conſil. 186. num. 51. & ſeq.* Gœdd. *in Conſil. Marparg. vol. 4. conſil. 52. n. 105. 106.* quod Interpretes etiam in injuria non adeò atroci affirmant, quam opinionem verum & receptam eſſe, aſſerit Proſp. Farin. *conſil. 70. n. 34.* cujus contrarium tenet Viv. *in ſilv. comm. opin. verb. Infamis non efficitur.* & Bagard. in *addit. ad Iul. Clar. §. injuria.* n. 51. & id etiam tenere videtur Ant. Faber *in Cod. tit. de injur. defin. 10. n. 5.* quam ſententiam tanquam benigniorem ſupremam curiam ſecutam eſſe tradit Paul. Chriſtin. *in deciſ. Belgic. vol. 2. deciſ. 106. n. 7.* Et quia actio injuriarum eſt famoſa, aliquando in Cam. Imp. deciſum notat Sixtin. *in Conſil. Marpurg. vol. 3. conſil. 16. n. 26.* uxorem contra maritum ob injuriam quamvis atrocem ſibi illatam actionem injuriarum non poſſe intentare. Nec ſine ratione Jure Civili conſtitum eſt, quod injuriarum condemnatus infamiâ notetur, licèt enim per falſas calumnias exiſtimationi alicujus nil decedat, rectè tamen notâ infamiæ, quam, ob crimen ſive in judicio ſive contra judicium objectum, alteri inferre allaboravit, punitur, ob quod crimen advocati, vel procuratores, qui ſcripta injurioſa in judicio proferunt, à judice puniuntur, & ab officio removeri poſſunt, qualis ſententia in Cam. Imp. 28. Ian. A. 1586. eſt publicata. In Sachen Domini von L.F.Z.K. wider deſſen creditores in actis benannt/ ſecundæ appellationis, iſt die von wegen ermeltes Herrn den drey und zwanzigſten Sept. Anno vier und achtzig einkommende Ableinungs Schrifft

als

als ſchmähafft / und den gemeinen beſchriebenen Rechten / Reichs Ordnung und Abſchieden zu wider / nicht angenommen / ſondern verworffen / jedoch ihme Herrn L. F. ſeine Nohtdurfft / und wie ſichs gebühret / nochmahls fürzubringen / hierdurch unbenommen. Auch N. um des willen er ſolche Famos Schrifft Gerichtlich eingeben / und andern bewegenden Uhrſachen ſeines Procurator-Standes hiermit priviret und entſetzet. Dann D. N. als Advocato cauſæ, welcher berührte Schrifft ihme N. zu produciren befohlen / bey Straff zwantzig Marck lötiges Goldes dem Käiſerlichen Fiſco unnachläſſig zu entrichten / und keiner Parthey / wer die auch ſey / in und auſſerhalb des Gerichts / in jetzigen und künfftigen Sachen / an dieſem Käiſerlichen Cammer Gericht / mit advociren, conſuliren, ſuppliciren, ſollicitiren, revidiren, noch in einige andere wege ſich ferner gebrauchen zu laſſen / gäntzlich interdiciret und verbotten / als wir ſie dieſelben hiermit priviren, entſetzen auch reſpectivè interdiciren und verbieten / und ſolches alles von Amtys wegen. Letztlich dieſer gemeine Beſcheid / daß alle und jede des Käiſerlichen Cammer Gerichts Procuratores, bey dem Eyd / damit ſie demſelben zugethan / auch Entſetzung ihres Procurator-Standes / und andern Straffen / nach Ermäſſigung / fürter keine Schrifft Handlung oder anderes / wie das Nahmen haben mag / durch ermeldten D. N. den Parthéyen advocando, conſulendo, ſupplicando, ſollicitando, oder in andere wege concipirt revidirt und gefertiget / weder judicialiter noch extrajudicialiter einzugeben wiſſentlich oder vermuhtlich / von ihme oder andere annehmen / und an dieſem Käiſerlichen Cammer Gericht produciren, oder produciren laſſen / ohne alle arge Liſt und Gefehrde / auch ſolches alles denen Parthéyen / welchen ſie neben ihme D. N. procurando bis daher gedienet / unverzüglich ankünden und zu wiſſen machen ſollen. Gilm. *part. 2. tom. 2. vot. 14.* Sunt adhuc alia judicia ex edicto famoſa, ut expilatæ hæreditatis *l. 12. C Ex qu. cauſ. infam. irrog.* ibique Barboſa & Brunnem. Ant. Matth. *de crim. l. 47 tit. 12. c. 2. de expil. hæred* ſepulchri violati *l. 1. de ſepulch viol.* Item actio, quæ eſt adverſus mulierem, quæ ut in poſſeſſionem bonorum ventris nomine mitteretur, prægnantem ſe adſeveraverit, cùm prægnans non eſſet, aut ex alio concepiſſet, *l. 15. & 4 ſeqq de his qui not inf.* vid.

545



vid. Alphonſ. à Caranza *de part. nat. & legit. c. 2. n. 24. 25. 26. & mult. ſeqq.* Struv. *ad ff. exerc.* 30. *n.* 84. Hoc caſu inſpectio ventris fieri poteſt, *l.* 1. *in pr.* §. 4. & 10. *ff. de vent. inſpiciend.* Hahn. *ad VVeſ. tit. de vent. inſpic.* cui etiam locus eſt, ſi de virginitate quæſtio moveatur *Conſt. Crim. C. V. art.* 53. §. So man eine Dirn/ ſo vor Jungfrau gehet/ in Argwohn hat. Exemplum refert Barth. *part.* 2. *lit. C. fol.* 504. *lit. C.* ibi: In Sachen F. A. und D. K. iſt der Beſcheid/ daß der Ziegler auff die jüngſt-geſchehene accuſationem contumaciæ und begehrte Weibs Beſichtigung ad proximam handeln ſol / alsdann er thue das oder nicht / ferner zu geſchehen/ was Recht iſt. Ruland. *part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 21. 22.

XII. Ex his cauſis atque ex his judiciis condemnati omnes edicto notantur, ubi damnatio ea accipienda eſt, vel à qua non eſt provocatum, vel quæ confirmata eſt *l.* 6. §. 1. *de his qui not. infam.* Addit Prætor in edicto, ſi damnati ſint ſuo nomine *l.* 1. *l.* 4. §. *ult.* ff. *eod.* conditio addita ob procuratores, tutores, qui alieno nomine conventi, tametſi ipſi condemnentur, infamiæ tamen notam non ſubeant *d. l.* 6. §. 2. Bach. ad *π. p.* 765. Actio quod metus cauſa famoſa non eſt, quoniam in hac ſatis viſum, quadrupli pœnâ contumaciam coerceri Don. 15. *comm.* 40. Bach. *ad π. p.* 1002. nec inter cauſas famoſas ex delicto numeratur damnum injuriâ datum, quia, etſi ponamus conſulto & malo animo datum, tamen, quia hoc factum contumeliam conjunctam non habet (alioquin & injuriarum actio competeret, uti obſervatum in cauſa Sivert contra Ham Ruland. *de commiſſ. part.* 3. *lib.* 8. *cap.* 2. *n.* 35. & in Cam. Imp. cum actione L. Aquiliæ cumulari poteſt, Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 63. *num.* 9. Mynſing. *cent.* 1. *obſerv.* 25. Author. *deciſ. Camer. Imper. verb. Actionum cumulatio in fin.* Carpzov. *part.* 1. *deciſ.* 32. *n.* 14.) non videtur tam atrocem pœnam mereri, Bach. *ad ff. pag.* 765. ſed nec ulla interdicta ſunt famoſa, quamvis ſint ex cauſa delicti *l.* 13. *unde vi.* Illud conſtat, in condictionibus ceſſare ignominiam, quamvis ex cauſis famoſis deſcendant *l.* 36. *d. O. & A.* veluti in condictione furtiva *l. pen. ff. de condict. furtiv.* Wiſſenbach. *diſp.* 11. *n.* 17. Farinac. *in prax. crim. tit. de furt. defin.* 167. *num.* 10. 13. Barboſa *ad l.* 8. *C. ex quib. cauſ. infam. irr.* Hahn. *ad VVeſenb. tit. de his*

*qui not. infam. n.* 5. Et rerum amotarum *l. 26. ff. de act. rer. amot. l. 2. C. eod.* Bach. *d. Action. diſp* 5. *th.* 11.

XIII. Ex contractu vel quaſi orta quatuor ſunt judicia famoſa, 1. tutelæ, 2. mandati, 3. depoſiti, 4. pro ſocio, & notantur his judiciis damnati, ſi hæ tres conditiones concurrant, ſi quis ſuo nomine fuerit condemnatus, quæ conditio cum cauſis ſuperioribus eſt communis *l. 1. l. 4. §. ult. d. his qui not. infam.* ex qua intelligimus, quod illi ſolum notentur, qui ſuo, non qui alieno nomine damnantur, veluti procuratores, tutores, hæredes: licet enim hæres actionibus ex contractu venientibus etiam ob dolum defuncti in ſolidum teneatur, & lite conteſtata pœnales quoque ex delicto in eum tranſeant *l. ex contractibus* 49. *l. 12. l. omnis* 26. *ff. d. O. & A. l.* 157. *§. ult. l. pœnalia* 164. *cum ſimil. de Reg. Jur.* Bach. *d. action. diſp.* 5. *n.* 4. Sutholt. *diſſertat.* 19. *n.* 23. neutro tamen caſu ita tenetur, ut damnatus infamiæ notam ſubeat: cùm non ex ſuo dolo & delicto, ſed ex alieno conveniatur. Secunda eſt conditio, ſi quis ex his cauſis ob dolum ſit damnatus *l. 6. §. ult. de his qui not. infam. l. 5. depoſiti. §. ſuſpectus* 6. *inſtit. d. ſuſpect. tut.* eſt enim abſurdum infamiâ coërceri eum, qui nihil turpe admiſit, ſed culpâ tantum, ſolitâ negligentiâ, aut imperitia peccavit, quod etiam in hominem idoneum, & frugi cadere poteſt *l. 42. d. Verb. Signific.* ubi Goed. Don. 18. *comm.* 8. Vinnius *in partit. Jur. Civil. lib. 3. c. 20. pag.* 532. Struvius *ad ff. tit. de his qui not. infam. n.* 18. Wiſſenbach. *diſp.* 11. *n.* 16. Tertia & poſtrema conditio eſt, ſi quis condemnatus fuerit judicio directo *l. 1. de his qui not infam.* Nam in contrario non de perfidia agitur; ſed de calculo & ſupputatione ejus, quod contrario judicio agenti abeſt *l. 6. §. ult. ff. eod. l. 5. depoſiti* quæ tamen conditio non eſt addita ob actionem pro ſocio, quæ utrinque eſt directa; ſed ob reliquas tres, quarum quædam directæ, quædam contrariæ: in cauſa tamen mandati interdum contrario judicio de fide violata agitur, damnatusque notatur infamiâ *d. l. 6. § antepen.* Bach. *in commet. ad inſtit. §. 2. de pœn. tem. litig. ibique* Vinnius *in comment.* Quid ergo? An reliquis bonæ fidei judiciis, puta empti venditi, locati conducti, commodati, actione pignoratitia ob dolum & perfidiam damnati infames non erunt? Et quia prætor qua,

546



tor quatuor illa ſuperiora nominatim exceperit & notaverit, haud dubiè in cæteris integram exiſtimationem tueri voluit. Nec defuit prætori ſua ratio, cur quatuor illa à cæteris ſegregaverit. Quamvis enim in omnibus, qui ſe malitioſè gerit, fidem ex æquo violet; in ſolis tamen illis quatuor violat ſpecie amicitiæ, & ſic duas res ſanctiſſimas amicitiam & fidem, quod eſt majoris improbitatis Vinnius & Bach. *d. loc.*

XIV. Judiciorum criminalium hæc eſt diſtinctio, ut quædam publica ſint, quædam non publica. Publica, ſeu quæ ex legibus publicorum judiciorum veniunt, omnia ſunt famoſa. Nihil de hac parte cautum edicto, ſed extat definitio *in l. 7. ff. de publ. judic.* Veluti reſponderunt Scabini Lipſienſes D. I. R. F. in Lipzig / ob es nun wohl an deme / daß ein armer Sünder durch die ihm zu erkante Leibesſtraffe anrüchtig und Ehrloß wird / derowegen Männiglich auſſerhalb ſeines Amtes und des Nohtfalß ſonderliche Gemeinſchafft mit ihm zu pflegen nicht unbillich bedencken träget Menſ. Febr. Anno 1631. Carpz. *pract. crim. part. 3. q. 136. n. 48.* Quæ non ſunt publica, aut ſunt de iis delictis, quæ in judicio publico admiſſa ſunt: aut nec publica ſunt, nec ad judicium publicum pertinentia. Prius genus & ipſum totum famoſum eſſe ſpecies arguunt, uti calumnia accuſatoris, qui ſciens dolo malo falſum crimen intendit, & edicto prætoris infamiam incurrit *l. 7. l. ult. Cod. d. calumn. l. 1. ff. d. his qui not. infam.* Regner. Sixtin. *in Conſil. Marpurg. vol. 2 conſil. 16.* Olim lege Remnia, vel quæ veriſimilior lectio, Kemnia litera K. fronti eorum inurebatur. Et quia non ipſô jure notatur calumniator, ſed ita, ſi calumniæ ſit damnatus *l. 4. §. calumniator ff. de his qui not. infam.* verba ſtatuentis diligenter ſunt perpendenda. Nam ſi dixerit: ἐσυκοφάντησας, id eſt, calumnniatus es; intelligitur eum notâſſe; ſin verô dixerit: non probâſti; illi pepercit. Non enim qui non probat, quod intendit, illico calumniator intelligitur, ſed qui dolo malo falſum crimen intendit *l. 1. §. ſed non utique & §. ſeq. ff. ad SC. Turpill. l. 16. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. l. 3. Cod. de Calumn.* Brunnemann. *ibid.* Idem dicendum de illa formula: Sempronius vel Cajus temerè accuſâſſe videtur; temeritas facilitatis veniam meretur *l. 1. §. quæri ff. ad SC. Turpill.* Illa difficultas hic emergit, quod ſi judex ita pro-

ita pronunciaverit: callido commento videris inſtigatoris inſtigator fuiſſe; an tanquam Calumniator notâſſe videtur? ubi diſſidium eſt inter *l.20.ff. de his qui not. infam. & l.1.§. incidit. ff. ad SC. Turpill.* Gloſſographi ſuo more plures afferunt rationes, quibus illæ leges concilientur; ex quibus illam probamus Papinianum *in d.l.20.* nimirum de verbis vel edicti, vel Senatus Conſulti: Marcianum *in d.l.1.§.13.* de ſententia loqui, ſi verba ſpectes, non eſſe calumniatorem eum, qui inſtigavit, inprimis, ſi per alium inſtigaverit: eſſe, ſi mentem & ſententiam *d.l.1.* Plenius poſſumus ita ſtatuere, reſponſum Papiniani *in d.l.20.* non eſſe intelligendum de quovis inſtigatore, ſed de eo, qui inſtigavit per alium: hujus enim callidum commentum eſt, quo ſubducere ſe pœnæ calumniæ ſatagit, atque hunc non teneri quidem, ſi verba SCti ſpectes; teneri tamen, ſi mentem & ſententiam *d. l. 1. §. incidit. junct. §. verum hunc.* Anton. Matthæi *d. crim. in prolegom. cap. 1. n.10.* Bach. *ad ff. p. 761.* Brunneman, *ad l. 8. C. de calumniat.* Illud hîc obſervandum, quòd non omnibus accuſatoribus pœna calumniæ infligatur: ſic enim tutores & curatores non facilè notantur, niſi ſit evidens eorum calumnia *l. 2. C. de his qui accuſ. non poſſ. l. 2. C. de his quib. ut indign.* nec qui perſequuntur necem parentum & liberorum, *l. 2. l. 4. C. de calum. l. ult. ff. d. publ. jud.* & qui juſſu teſtatoris aliquem veneficii accuſat *d. l. 2. C. de calumn.* & fœminis, cùm ſuam ſuorumve injuriam perſequantur, calumniæ pœna remittitur *l. 12. C. qui accuſ. non poſſ.* Struve *exerc. 49. n. 86.* quibus etiam rectè fiſcus connumeratur, cum hoc tamen temperamento, ut non facilè de calumnia fiſci quæratur, nec tamen impunè ferat improbam & evidentem calumniam, *l. pen. C. de advoc. fiſc. l. 5. l. 9. C. ubi cauſ. fiſcal.* Merkelb. *tom. 3. conſil.* Klock. *193. n. final.* idem obtinet in iis, qui ex öfficio crimen aliquod denunciant, Ant. Matth. *de crim. l. 48. tit. 17. n. 8.*

poſita eſt, aut certè omittantur ſanctius & cum majori apud bonos laude. Hinc quæ pugnant cum recti regula, ſive hæc ſit poſita in jure ſtricto, ſive aliarum virtutum præcepto conſiſtit, illa rectè à viris cordatis improbantur, licet forſan impune fiant, Cicero *off.* 1. inter juſtitiam & verecundiam ita finis regit, ut juſtitiæ partes ſtatuat, non violare homines, verecundiam non offendere, & Seneca *lib. 2. d. ira cap. 27. Quam anguſta innocentia eſt ad legem bonum eſſe? Quantò latius officium patet, quàm juris regula? quàm multa pietas, humanitas, liberalitas, juſtitia fides exigunt? quæ omnia extra tabulas publicas ſunt.* Ubi videmus, jus à juſtitia diſtingui, quia jus accipit id, quod in judiciis externis viget, & eleganter Plato ſic loquitur: *Deus metuens ne plane interiret genus humanum, dedit hominibus juſtitiam ac pudorem, ornamenta civitatum, & ad amicitiam colligandam vincula*, quem refert Grot. *d. I. B. & P. lib. 3. cap. 10. n. 1.* Ex quibus liquido patet, quód à regula recti, id eſt, à jure naturali, uti explicat idem Grot. *d. I. B. & P. lib. 1. cap. 1. n. 9.* exorbitent, non tantùm quæ cum juſtitia expletrice pugnant; verùm etiam quæ cum præcepto aliarum virtutum: jus enim naturæ quatenus legem ſignificat, non ea tantùm reſpicit, quæ dictat juſtitia expletrix, ſed aliarum quoque virtutum, ut temperantiæ, fortitudinis, prudentiæ actus in ſe continet, ut in certis circumſtantiis non honeſtos tantum, ſed & debitos Grot. *d. I. B & P. lib. 2. cap. 1. n. 9.* Tale itaque factum, quod à regula recti ita exorbitat & à viris cordatis tanquam turpe & indignum improbatur, infamiam facti nutrit & fovet Freher. *d. infam. lib. 3. cap. 22. num. 8. in fin.* Uti eſt judicium ingrati, quod vitium apud majores noſtros ſemper odio & deteſtationi fuit, licet apud Romanos nulla actio in ingratum ſit prodita vid. Senecam *de benefic. lib. 3. cap. 6. 7.* & Grot. *d. I. B. & P. lib. 2. cap. 20. n. 21.* I. Ob hoc itaque vitium liberti, qui eſt ingratus erga ſuum Dominum vel Patronum, exiſtimatio apud bonos & honeſtos viros gravatur *l. 27. C. d. in offic. teſtam.* ibique Barboſa *num. 36.* Et rectè jure ſancitum eſt, ſi ſit inſignis ingratitudo donatarii, & talis, quæ ſceleri eſt affinis aut conjuncta, quod donator donationem factam revocare, & tanquam ab indigno auferre poſſit *l. ult. Cod. de rev. donat.* & Vaſallus ob feloniam

commiſ-

commiſſam feudo privari poſſit 2. *F.* 23. 1. *F.* 21. 2. *F.* 24. 55. *§. firmiter.* quo caſu donatarius & Vaſallus infamiam facti non effugiunt. II. Hæc infamia oritur ex increpatione patris facta in teſtamento *l.* 13. *Cod ex quib. cauſ. infam. irrog.* ibique Brunneman. & Barboſa Freher. *de exiſtimatione lib.* 2. *c. ult. n.* 13. III. Si judex interloquendo dicat aliquem calumniari, vel quem moneat, ut ad meliorem frugem redeat *l.* 17. *l.* 19. *C. eod. ubi vid.* Barbos & Brunneman. vel ſi præſes provinciæ dicat: callido commento videris accuſationis inſtigator fuiſſe *l.* 20. *ff. eod.* IV. Nec non alicujus exiſtimatio eneratur ob ſtuprum cum ancilla commiſſum Brunnem. *ad l.* 25. *C. ad l. jul. d ad.* V. cujus bona auctioni & haſtæ publicè ſubjiciuntur §. 1. *inſtit. quib. ex cauſ. man. non lic.* ibique Vinnius, cujus rei teſtem habemus locupletem Ciceronem *pro Quintio.* VI. quando in actionibus verè famoſis condemnatio infamiam non infert, cùm nimirum reus per procuratorem judicium accepit & litem eſt conteſtatus, & in procuratorem eſt ſententia lata Freher. *d. infam. lib.* 3. *cap.* 8 *n.* 7. *&* *cap.* 22. *n.* 8. licet enim tunc ita condemnatüs verbis edicti jure non habeatur infamis, re ipſa tamen ſive opinione hominum non effugit infamiæ notam. Opinio hominum eſt: procurator quidem nomine ſui Domini eſt condemnatus, ſed re ipſa Dominus infamiæ notam ſentit *arg. l.* 2. *ff. d. obſeq. parent. & patr.* Wiſſenbach. *ad ff. d. tit. n.* 20 Vinnius *in partit jur. civil. lib.* 3. *cap.* 20. *pagin.* 530. *in not. lit. K.* VII. Notæ cenſorum talem infamiam inferebant Cicero *in orat. pro cluent.* Freher. *d. infam. lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 10. 11. 12. VIII. Actiones, quæ ex cauſis famoſis naſcuntur, ob reverentiam verò perſonarum, contra quas intentantur, ita temperantur, ut nulla doli vel fraudis fiat mentiò, quibus caſibus infamia juris non irrogatur, attamen exiſtimatio alicujus gravatur: uti eſt actio rerum amotarum *l.* 2. *C. rer. amot. ibique* Brunneman. Bach. *de Action. diſp.* 5. *theſ.* 11. quo temperamento adhibito contra parentes etiam injuriarum experiri licet, uti Scabini Lipſienſes *ad conſultationem Matthæi B.* zu C. Menſ. Jun. Anno 1623. reſponderunt teſte Carpzov. *part.* 3. *deciſ.* 248. *n.* 25. & uxor atrocem injuriam paſſa omiſsâ injuriarum actione, in factum actionem contra maritum intentare poteſt, ut ſic & uxori conſulatur,

& mari-

& mariti fama illæſa ſervetur, Joan. And. ad Specul. *lit. D. injur. ad rubr.* Regner. Sixtin. *in conſil. Marpurg. vol.* 3. *conſ.* 16. *n.*27. Eadem eſt ratio conditionis ob turpem vel injuſtam cauſam, quæ etiam honorem alicujus minuit Freher. *d. lib.*3. *cap.* 22. *n.* 5. IX. Prodigus, qui neque modum, neque finem impenſarum habet, ſed bona ſua dilacerando ac diſſipando profundit, jure Romano non fit infamis, ejus tamen exiſtimatio ob tale vitium apud viros cordatos gravatur; tunc demum verò in jure politicè & effectu juris prodigus dicitur, quando causâ cognitâ decreto magiſtratûs ei eſt adempta adminiſtratio bonorum, cujus decreti extat vetus formula apud Paul. 3. *ſent.* 4. *l.* 1. *d. curat. furioſ. l.* 18. *qui teſt. fac. l.* 5. §. 1. *d. acq. hæred.* Freher. *d. cap.* 22. *num.* 16. X. Omnes illi, qui in contractu fidem datam placitis non ſtando rumpunt, infamiam facti non effugiunt *arg. l.* 48 *in pr. ff. mandati* M. Tullius *d. off. lib.* 1. tantam promiſſis vim tribuit, ut fundamentum juſtitiæ fidem appellet, quam & juſtitiæ ſororem dixit Horatius *lib.* 1. *od.* 24. Quodcunque enim exorbitat â recti regula, & apud viros graves & cordatos tanquam turpe improbatur, illud exiſtimationem alicujus onerat. Atqui non ſervare fidem in contractibus à recti regula exorbitat &c. Ergo. vid. Freher, *d. c.* 22. *ubi plures caſus refert.*

XXV. Reſtat, ut nunc agamus de cauſis, ex quibus levis macula oriatur, quæ vel ex ſordido vitæ genere, quod quis exercet, vel ex illegitima nativitate promanat. Ob ſordidum genus levi macula laborant I. Carnifices. Munus quidem carnificis non eſt probroſum & infame: Si enim honeſtum eſt, judicem in facinoroſos capitalem ferre ſententiam, cur non & juſtum atque honeſtum ſit, eandem ſententiam exequi, quo argumento utitur Petrus Martyr. 4. *loc. comm.* 14. *cap. de carnificibus.* Reſpublica Hebræorum non videtur habuiſſe carnifices, nec fuit ignominioſum necare ſontes. Samuel captivum Regem Agagum ſua manu necavit, 1. *Sam.* 15. *v.* 33. Joabum ab altari abſtractum, Benaja dux exercitus interfecit, 1. *Reg.* 2. *verſ.* 34. Quin & in Anglia proximi cujusque, parentum, fratrum, propinquorum, qui modò in crucem aguntur, extremum pietatis officium eſt, carnificem agere, iisque de trabe humili pendentibus gulam frangere, teſte Bodino 3. *de republ.* 8. *qui eod. cap.* carnifices longè præfert picto-

pictoribus, ſtatuariis, ſculptoribus, pigmentariis, tibicinibus, ludionibus, pantomimis, ſcenicis, vid. Wiſſenbach. *ad tit. de V. S. l. 42. n. 5.* & rectè Damhuder. *in prax. rer. criminal. c. 153. num. 11.* inquit: Nobis Chriſtianis longè aliam mentem de hoc magiſtratus officio atque miniſterio eſſe convenit, qui non ignoramus, injuſtis hanc legem eſſe poſitam, atque hanc Politicam juris partem ad gloriam DEI, & ad Reipublicæ tranquillitatem directô ſpectare, & carnificis (ſeu magis juſtitiæ executoris) officium prorſus eſſe neceſſarium. In eo tamen ab eo diſſentimus, quòd ſtatuit, incumbere carnifici, ut roget reum, quò ſibi mortem condonet, quam jubente judice, Dei miniſtro, illi eſt illaturus: ſi enim jure officium ſuum exercet, quid opus eſt illa remiſſione? prudenter Lutherus in Poſtill. Eccleſiaſtic. ſuper Evang. Dom. 4. poſt Trinit. Meiſter Hans ſol nicht ſagen zum Ubelthäter/ dem er ſein Recht thun ſol/ wie ſie doch pflegen/ Lieber N. vergib mir/ was ich heute an dir thun werde; dann warum wil er ſo ſagen? thut er doch recht daran/ darum darff er keines Vergebens/ welches allein auff die Sünde und das Unrecht gehet/ dann ſein Amt iſt/ daß er Unrecht ſol ſtraffen. Gleich wie es Unrecht wehre/ ſo ein Vatter zu ſeinem Sohne/ wenn er ihn ſtäupen wolte/ ſagte: Lieber Sohn/ vergib mirs/ daß ich dich ſtäupen wil/ denn es iſt recht gethan/ darum ſols der Sohn leiden/ dann Gott wil es ſo haben. Hactenus Lutherus. Verum enim verò quicquid ſit de jure, opinione certè hominum carnifices hodie maculâ aliquâ laborare exiſtimantur, adeò ut cum illis multùm converſari viro honeſto probroſum habeatur, quod inde provenit, quòd carnifices ſæpè non zelo juſtitiæ, nec cum tanta commiſeratione & humanitate officium ſuum exerceant, ſed omnibus ſceleribus inquinatiſſimi in ſibi commiſſos patientes reos ſæviant, ipſos tractent, perdant & mactent, non ſecus, quam ſi beluam conficerent, & in tam crudeli & tyrannica executione glorientur, Reis interim merita ſupplicia exprobrantes, & æquo ſævius ac citius eos abripientes, non ſecus, quàm ſi propriæ bili potius inſervirent, & affectibus, quàm rationi, juſtitiæ mandatrici, ut loquitur Damhuder *d. cap. 153. n. 6.* Cùm verò communiter orbis Chriſtianus humanum ſanguinem crebrô fundere horrendum reputet, carnifices

paſſim

paſſim locorum ſunt exoſi & execrabiles, atq; non ipſi ſolùm fere pro infamibus habentur vid. Carpz. *p.* 1. *deciſ.* 18. *n.* 12. & Richter. *deciſ.* 53. *n.* 6. ſed etiam filii eorum, nec quis filias illorum absq; ignominiæ nota ducere poteſt Dn. Hahn. ad Weſenb. *tit. d. his qui not. infam. num.* 2. Illud hîc moveri poteſt: An etiam ii, qui cum carnifice edunt, bibunt, vel alio modo converſantur, in ſocietate honeſtorum opificum ſint tolerandi? Quod negat Carpz. *in pract. crim. p.* 3. *q.* 137. *n.* 59. ubi notat, illud Scabinis non diſplicuiſſe, ceu patet ex eorundem reſponſo dato menſe Majo A. 1609. Henrico à Schönberg: haben die Schuhknechte/ ſo bey den Schuſtern zum Frauenſtein arbeiten / G. D. dahero getadelt/ und neben ihm bey keinen Meiſter arbeiten wollen / daß derſelbe mit dem Nach-Richter oder Caviller Gemeinſchafft gehabt/ mit demſelben nicht allein gegeſſen und getruncken/ ſondern auch ſeine Tochter zu freyen Vorhabens were / &c. Da nun gedachter G. D. von jetzgedachten ſeinem Beginnen nicht abſtehen / noch ſich des Nach-Richters Gemeinſchafft enthalten würde / ſo weren die andern Schuhknechte ihn neben ſich arbeiten zu laſſen nicht ſchuldig / V. R. W. Simili planè modo pronunciârunt Johann Kutnern zu Waldheim: Menſ. Decemb. A. 1629. item an die vier Meiſter und gantz Handwerck der Leinweber zu Waldheim Menſe Januar. Anno 1630. contrarium tamen deciſum in Collegio Juridico Jenenſi Menſ. Mart. Anno 1621. ad requiſitionem Ott Heinrich Wahls / Henneberg. Nach-Richters zu Meinungen / notat Richter *deciſ.* 80 *n.* 20. Dn. Hahn. *d. n.* 2 *in fin.*

XXVI. Obſordidum vitæ genus II. levi maculâ laborant excoriatores & caſtratores ſuum Schneidevv. *ad §. non autem liberis n.* 17. *d inoffic. teſtam.* Vincent. Honded. 2. *conſ.* 47. *n.* 15. Richter. *part.* 1. *deciſ.* 53. *n.* 6. hi tamen, qui cum illis contrahunt, vel officinam illorum ob debitum ſibi traditam alteri locant, è collegio opificum expelli nequeunt, uti in collegio Jenenſi Menſ. Jul. Anno 1606. & Menſe Julio 1629. reſponſum tradit Richter. *deciſ.* 80. *n.* 21. ibi: Ob nun wol unter Handwercks-Leuten und Feld-Meiſtern billig ein Unterſcheid zu halten/ daß dieſe/ in Ehrbahren Zunfften nicht zu dulden / dennoch aber/ weil nirgend in Rechten verbotten/ mit dergleichen Leuten zu contrahi-



558

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-555874-p0045-0

ren, der Contract gleichfalß keine Unehrbahrkeit auff ſich hat / über daß ihr Nohthalber zu dem einigen Ende / daß ihr die Bezahlung erheben möchtet / Krafft verſchriebener Hypothec. die angedeutete Meiſterey auff gewiſſe Jahr außgethan / ſo iſt das Handwerck der Gerber bey euch wegen ſolcher Vermiehtung und Anmaſſung der zur Meiſterey gehörigen Aecker einer Unehrbahren Handthierung zu beſchüldigen / auß der Innung zu ſchlieſſen / und des Handwercks zu enthalten euch anzumuhten nicht befugt / V. R. W. Nec non filii excoriatorum ad opificia admittendi ſunt, *quomodo in collegio juridico Jenenſi Menſe Jul. An.* 1626. *ad requiſitionem* Caſpar Krauſen / *civis Erfordienſis deciſum &* *Menſe Febr. Anno* 1627. *ad conſultationem* der vier Herren des Rahts zu Erffurd / teſte Richter. *d. deciſ.* 80. *n.* 24. 25. III. Lictores Richter. *d. deciſ.* 53. *num.* 6 *& d. deciſ.* 80. *n.* 19. ubi refert ad requiſitionem der vier und Ober-Meiſter des Tuchmacher Handwercks zu Neuſtad deciſum fuiſſe, quod lictorem non teneantur in eorum collegium recipere. Iſt in euer Tuchmacher Handwerck zur Neuſtad an der Orla Jobſt Werner / den 11. Junii An. 1602. zu einem Meiſter auff und angenommen worden / welcher ſich auch darinnen / weil er Meiſter geweſen / dermaſſen erwieſen / daß eure Vorfahren und ihr daran ein Gnügen gehabt / hernacher aber ſich Unvermögens halben vor etzlichen Jahren nach Salfeld und dann nach Altenburg begeben / daſelbſten vor einen Gerichts-Frohnen und Land-Knecht gedienet. Ober nun wol des Dienſtes erlaſſen / ſich alda Bürgerlicher Nahrung und des Fiſchhandels / und dann wiederum zu euch gewand und Bürger worden / Vorhabens / das Tuchmacher Handwerck und Handthierung nunmehr wieder zu treiben / inmaſſen er um das Meiſter-Recht / auff vorgelegte Kundſchafft und Interceſſion-Schrifft / laut beygefügter Copia *num.* 1. gebührend angeſucht / ſo ſeyd ihr doch geſtalten Sachen nach gedachten J. W. in eure Innung und Zunfft wieder einzunehmen nicht verbunden / ſondern ihme das Meiſter-Recht zu verweigern wohl berechtiget / V. R. W. Horum tamen liberi illâ maculâ non notantur, ſed ad collegia, tribus & ſocietates piſtorum, ſutorum, & aliorum opificum admittendi, uti Anteceſſores celeberrimæ hujus Academiæ Menſe Auguſt. An. 1630.

reſpon-

reſponderunt, cujus reſponſi tenorem ſubjungimus: Als uns *Decano, Seniori*, und ſämtlichen *Doctoren* der Juriſten *Facultät* in der Holſtein-Schaumburgiſchen *Univerſität* zu Rinteln/ vorgeſetzter Bericht/ und darinnen *pro* und *contra* eingeführten *motiven* ſamt angehengten dreyen Beylagen *ſub lit. A. B. C.* zugeſchicket/ und darüber unſere rechtliche Meinung/ ſamt deren vornehmſten Gründen gebeten worden. Demnach erkennen und ſprechen wir/ nach fleiſſiger Verleſ- und Erwegung der Sachen/ und angezogener *motiven* vor Recht/ Ob wol J. K. ſel. als Stadt-diener der Stadt Hannover *perſona humilis*, und deſſen *officium vile* geweſen/ dieweil dennoch derſelbe (1) *infamiâ nec juris nec facti notiret, per tradita Marquardi Freheri de infamia cap. 23.* und (2) niemand ohne erhebliche Urſachen von Zünfften/ Gilden und Emptern auß zuſchlieſſen/ Inmaſſen die *in annis* 548. und 77. *publicirte* Policey Ordnungen *tit.* von Handwercks Söhnen und Geſellen/ klärlich dahin zielen (3) der Stadt-diener in dem von Ehrbaren Raht der Stadt H. dem Schuſter Ampt daſelbſt ertheiltem *Privilegio* keine Meldung geſchicht/ denn auch (4) wohlgemelter Raht ſolche ihre Diener zweiffels ohne für unehrlich nicht achtet/ in dem dieſelbe nicht allein zu *Captivi*rung der Miſſethater/ ſondern auch andern ehrlichen Dienſten gebrauchet werden/ und endlich (5) *vulgi ignobilis ſententia & obſervatio* wenig zu achten/ *cùm ſoleat frequenter in peſſimos degenerare errores, hoc præſertim ſeculo longè corruptiſſimo, atque adeò legislatori meritò debeat eſſe ſuſpecta, ut eleganter loquitur* Oldendorpius *Conſil. Marpurg. 3. n. 14. vol. 1.* Daß demnach das Schuſter Ampt der Stadt H. vorgedachten J. K. Tochter zu ihrem Ampt zu verſtatten ſchuldig ſey/ V. R. W. quod etiam refert Ant. Bullæus *ad Carolin. Conſtit. art.* 180. ubi Ampliſſimæ Facultatis Juridicæ Marpurgenſis, Erphordienſis & aliorum etiam Collegiorum reſponſa ſubjungit. IV. Muliones, Ang. Barboſa *ad l.* 27. *C. de inoff. teſtam. n.* 30. Gomez *tom. 1. cap. 11. n. 38. verſ. quartum.* & alii, qui judicis arbitrio tales eſſe judicantur. Hunn *Encyclop. jur. part. 4. tit.* 8. *cap. 4. n. 22.* Barboſa *ad d. l. 27. n.* 13. Guiter *lib. 4. q. 73. n.* 13. Plura hîc non addam, ſed remittam lectorem ad Freher. *d. infam. lib. 3. cap.* 23. qui *n.* 17. rectè notat, quod hac in parte, utrum munus & functio quæ-

piam pro ſordida, an honeſta ſit habenda, cujuslibet nationis & patriæ conſuetudinem eſſe attendendam; quia, ut ſcribit Probus Æmilius *in pr. non eadem omnibus gentibus ſunt honeſta & turpia.*

XXVII. Ob illegitimam nativitatem levi macula in genere notantur illegitimè nati, ſpurii ſcilicet, qui ex ſcortatione, ſtupro, adulterio, inceſtu, & naturales ex concubina progeniti. Non deſunt, qui ſpuriorum cauſam defendunt GabrielPalæott. *tract. de nothis, ſpuriis c.55. & ſeqq.* Hartm. Piſt. *lib.1. q.30. n.26. & ſeqq.* & utuntur hoc argumento. Quicunque non ſunt jure infames, nec quicquam admiſerunt, quod exiſtimationem eorum lædat apud bonos viros, illi non ſunt infames. Atqui ſpurii non ſunt jure infames &c. Ergo. *Nec virtutes, nec vitia parentum, inquit* Hieronymus *Epiſt.3. de morte Neportani, liberis imputentur* Auguſtin. *Deus,* ait, *ipſe foret injuſtus, ſi quenquam damnaret innoxium.* Calliſtratus *in l.26. ff. d. pœn. crimen vel pœna paterna nullam maculam filio infligere poteſt.* Et Impp. Chriſtian. Acad. & Honor. *in l.22. C. eod. ſancimus ibi eſſe pœnam, ubi & noxia eſt* Grot. *d. I.B. & P. lib.2. c.21. n.13.* cæterum ut hæc vera ſint; negari tamen nequit, quin labes & aliqua macula ſpuriis inhæreat, non ex facto naſcentium, ceu pœna inuſta, ſed ex vitio & defectu natalium contracta, unde eos opprobria per omnem vitam comitantur, quæ nullo modo elui poſſunt, Plutarch. *lib. d. educ. lib.* vixque defendi poteſt, eum, qui vulgivaga venere & improbata gentibus omnibus conjunctione natus eſt, qui nec gentem, nec familiam, nec patrem habet, pro integra & legali perſona habendum eſſe, de qua re pulchrè diſſerit Arniſæus *lib.2. d. republ. c.2. ſect.13.* Mynſing. *cent.4. obſ.31.* Alexander Ludovvis. *deciſ. Rot. Roman. 271. n.17.* Joan. Vincent. Honded. *vol.2. conſ.47. n.22.24.* Richter. *part.1. deciſ.53. n.17.* Carpzov. *I. F. R. S. p.3. c.10. d.10.* Anton. Faber. *in Cod. lib.7. tit.28. d.20. n.3.* Teſſaur. *deciſ.126.* Barboſa *in C. ad l.27. C. d. inoffic. teſt. n.14. & ſeq.* licet liberi ſint Epiſcopi Barb. *d. l. n.16.* illud dubio non caret, quod Hond. *d. conſult.47. n.23.* & illum ſecutus Barb. *ad d. l.27. n.20.* ſtatuunt, expoſitum hoſpitalem ab illa macula non eſſe im̃unem, licet aliunde non conſtet, illum non eſſe legitimè natum: in dubio enim creditur, quis legitimè natus, nec eſt firma illa conjectura ex infantis expoſitione deſumpta, cùm in contrarium



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-555874-p0048-6

rium militet præſumptio honeſtæ & legitimæ nativitatis Gratianus *tom.1.diſcept.forenſ.cap.135.n.31.&ſeqq.* Prædictam verò ſententiam temperant Dd. ſi filius ſacerdotis vel alius ex illegitima conjunctione natus ad honores & magiſtratus admiſſus & præclaris virtutibus ſit ornatus *can.nunquam 4. diſt.56. ibi renatus ex meretrice,ſi propria virtute decoratur, parentum non dedecoretur opprobriis can. Apoſtolicæ & ſeq. diſt.56.* & ita in quodam filio presbyteri judicatum eſſe refert Alvar. Valaſc. Luſitan. *conſult.17.n.3.* Anton. Teſſaur. *deciſ. Pedemont.127. n.6.* Aut ſi ſpuria nobili & honeſto viro matrimonio ſit juncta *arg.l. 8.ff.d.ſenator.* Teſſaur *d.deciſ.127.n 7. in fin.* Famian. Centolin. *in addit. ad Farin. lib.1. deciſ.6.* Quod ſi etiam liberi naturales legitimentur, illa macula tollitur, cum illa legitimatio, quæ fit per ſubſequens matrimonium, omne vitium purget, *cap.tanta X. qui fil.ſint legit.* Honded.*d. conſult.47.n.28.* Teſſaur.*deciſ.126.num.7.* Gutierr. *pract. lib.3.q 73.n.18.* Cæſar. Urſil. *ad Matth.d. Afflict. deciſ.204 n.5.* Gratian. *diſcept.forenſ.q.936.n.2.& ſeqq.* Hunc verò effectum legitimationis habet matrimonium non ex ſe, ſed ex lege, cujus vi & authoritate legitimatis competunt omnia jura, quæ verè legitimis *§. ult. inſtit.de nupt.l.10.C.d nat.lib. Nov.12,cap.ult. Nov.18.cap.ult. Nov.89. c.8.* Gail.*lib.2. obſ.140.n.1.* Mynſing. *cent.3.obſ.26.n.9.* ex quo conſequitur, quòd habeant jus ſucceſſinonis *Nov.74,* Argentoratenſ.*vol.1. conſ.49.q.1.* & in collegia recipi Carpz. *I.F.R.S.p.2.c.6.d.12.* & ad honores admitti poſſint *arg.l.2. C.d. dignitat.* & petentibus literæ natalitiæ, daß ſie echt und recht und auß einem Ehebette gebohren / non ſunt denegandæ, uti reſponderunt Dn. Lipſienſes Menſ. Decemb. A.1622. notante Carpzov. *d.c.6.d.15.* quod & affirmandum de liberis legitimatis per reſcriptum Principis, vid. Conſilium elegans Klocken *tom. 3.conſil.143.* qui etiam quoad omnes effectus pro legitimis habentur Matth.Stephan.*de Juriſd.l.2.p.1.c.6.memb.1.n.49.70.* Roland. à Valle *vol.3.conſ.83.n.12.* Hartm.Piſt.*lib.2.q.41.n.30.* Carpz.*I.F.R.S.d.c.6. d.16.* nec â collegiis honeſtis repellendi, uti reſpondit Facultas Juridica Helmſtadienſis Magdeburg.an.1618. *verb.* Auß dem Legitimation-Brieffe ſo viel zu befinden / daß die N. mit ihrem Ehemann bey der

Kürſch-

Kürſchner Gilde zu laſſen. Dn. Hahn. *ad Weſenb tit. de his qui ſunt ſui vel alien. ad verb. per diploma Principis.* Sed quid dicendum de liberis pronatis à parentibus, qui ſponſalia quidem inivere, ſed ob mortem alterutrius ſponſi vel ſponſæ ſolenni copulatione ac benedictione ſacerdotali nuptias non celebrârunt, an illi ſunt illegitimi? Negantem ſententiam veriorem eſſe exiſtimamus: Illa enim ſolennitas Eccleſiaſtica non ad matrimonii eſſentiam pertinet, Struv. *ad ff. exercit.* 29. *n.*26. & licèt hi liberi non ſint nati ex matrimonio ſolenni, tamen ex ejusmodi conjunctione, quæ in forma ſua eſſentiali eſt verum matrimonium, vid. *c.* 12. *qui fil. ſint legit.* ibique Abb. Panormit. Dn. Hahn. *ad ff. d. tit. ad verb. per ſubſequens matrimonium.* Struv. *in ſyntagm. jur. feudal. c.* 9. *num.* 13. Quin & ſi ex non ſponſa conſuetudine extra nuptiali conceptus, poſtea ſubſecutis nuptiis editus ſit partus, hic eſt juſtus & legitimus: Quicunque enim in matrimonio eſt editus partus, ille eſt juſtus & legitimus. Atqui hic partus eſt ita editus. E. Quomodo ex fact. conſult. ſæpius reſponderunt Anteceſſores in Academia Julia, Collegiis licet opificum nonnullis nequicquam repugnantibus, Dn. Hahn. *ad Weſenb. d. loc.* Illa quæſtio quandoque fuit mota: An filii nati ex matrimonio putativo bona fide contracto, hoc eſt, ambobus vel altero conjugum probabili facti ignorantiâ impedimentum ignorantibus legitimi ſint, licèt poſtea detectum fuerit impedimentum? Et concludunt Dd. quòd liberi ex tali matrimonio nati, ſint legitimi, quoad omnes effectus, dignitates, temporalia, & ſpiritualia, feuda, &c. *cap. pervenit. & cap. ex tenore X. qui fil. ſint legit. ibique Gl.* Abbat. Hoſtienſ. Butr. Anchar. Gabriel *comm. concl. tit. d. legit. concluſ.* 4. *in pr.* quod verum, quando matrimonium verè & ſolenniter in facie Eccleſiæ bona fide contrahentium eſt contractum, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 77. *in pr. & conſ.* 199. *n.* 39. *cum ſeqq. lib:* 2. Joann. del Caſtill. Sotoma. *contr. jur. quot. c.* 11. *n.* 9. 10. 11. ubi comprobat, tales filios in dignitate, majoratu, feudo, emphyteuſi, & fideicommiſſo ſuccedere. Rol. à Vall. *lib.* 3. *conſ.* 93. *n.* 18. *& ſeqq.* Cardinal. Mantic. *d. conject. ult. volunt. lib.* 11. *tit.* 8. *n.* 24. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 24. Ludovic. Molin. *d. Hiſpan. primogen. lib.* 3. *cap.* 1. *num* 15. Hieron. à Laur. *deciſ. Avin.* 70. ubi affirmat ita in favorem filiorum natorum ex matrimonio putativo

tativo eſſe pronunciatum, quod etiam comprobant Anton. Teſſaur. *deciſ. pedemont.* 196. *n.* 7. Trentacinq. *var. reſol. tit. d ſubſtit. p.* 4. *cap.* 7. *n.* 56. de qua quæſtione in utramque partem diſputat Socin. junior *lib.* 3. *conſ.* 39. *n.* 18. *& ſeq. & conſ.* 63. *per tot.* videſis. Paul. Chriſt. *in deciſ. Belg. lib.* 1. *deciſ.* 337. Struv. *in ſyntagm. jur. feud. cap.* 9. *theſ.* 3. *n.* 14. Richter. *de ſucceſſion. ab inteſt. ſect.* 1. *memb.* 1. *num.* 4. qui hoc præjudiciis ſtabilivit. Ex eodem Principio hoc conſectarium elici poteſt, quod nati etiam in bigamia ex ea, quam maritus ſecundûm duxerat criminis ignaram, legitimi ſint, uti à Facultate Juridica Helmſtadienſi Anno 1604. 8. Mart. reſponſum tradit Dn. Hahn ad Weſenb, *tit. de his qui not. infam. n.* 2. *in fin.*

XXVIII. Hoc loco etiam non intempeſtivè quæritur, annon ſponſus & ſponſa ante benedictionem ſacerdotalem carnaliter ſe miſcentes levi ſaltem macula notentur, & ideo hæ perſonæ ab officio vel dignitate ſint removendæ? Non improbandum quidem eſt opificum pro conſervandis bonis moribus ſtudium, audimus ſatis glorioſè ab opificibus de ſuis collegiis uſurpari hanc vocem, Ihre Empter müſten ſo rein ſeyn/ als wenn ſie von Tauben geleſen weren/ & larga manu concedimus, quod benedictio ſacerdotalis eo fine potiſſimum ſit inducta, ut inceſtis & prohibitis conjunctionibus & aliis incommodis, quæ exinde oriri ſolent, in tempore, & dum res adhuc integra eſt, occurratur, quem ritum derivat Baronius *in annal. Eccleſiaſt.* à tempore Apoſtolorum, & Tertullianus, qui vixit in fine Sec. II. poſt Chriſtum natum, affirmat, illum ſuo tempore obtinuiſſe, & vocat conciliationem contrahentium i. e. conjunctionum dextrarum eorum, qui contrahunt, quam ſequitur benedictio. Poſtea in Concilio Carthaginenſi 4. *cap.* 13. conſtitutum, ut ſponſi benedicendi à parentibus & paranympho presbytero offerantur. Hinc & Leo Philoſophus in fin. ſeculi IX. poſt Salvatorem natum circa annum 890. illius mentionem facit *Nov.* 74. & ſe refert ad Synodum, quæ eſt III. Conſtantinopolitana *can.* 58. Grot. *ad Evangel. Matth.* 25. Arniſæus *de jure connub. cap.* 3. *Sect.* 1. Baſil. Pont. *de matrim. l.* 5. *cap.* 1. 2. Dn. Hahn ad Weſenb. *tit. d. R. N. n.* 5. ad verba *Benedicente nubentibus &c.* qui itaque

 illam

illam ſolennitatem omittit, peccat contra publicam honeſtatem & ordinationes Eccleſiaſticas, & carcere aut pœnitentiâ Eccleſiaſtica hodie plecti ſolet Carpzov. *pract. crim p.2. q.69. n.46 & ſeqq.* non tamen hæc *ἱερολογία* eſt de ſubſtantia matrimonii, ita ut illâ omiſsâ ſit nullum matrimonium, liberique illegitimi, uti hoc eleganter deducit Ernest. Cothman. *reſp.10. n.153. & ſeqq. vol.1. & vol.2. reſp 78. n.5.6.* Sichard. *conſil matrimon.3 num.65.* Kitzel *Synopſ. matrim. cap.5. theor.10. lit. D.* Reinhard. Bach. *in not. ad deciſ. ſive arrepta Papon. lib.15. tit.1.* Mævius *ad jus Lubecenſe lib.1. tit.5. art.14.* Loccen. *ſyn. jur. ad leges Sueticas accommodata diſſ.3. memb.2. theſ.8.* licet multi contrarium defendant Trentacinq. *var. reſol. lib.3. tit. de matrimonio reſol.1. n.1.* Gerhard. de Maquard *deciſ. Tholoſan.55. n.11. lib.4.* Cypræus *d. jur. connub. cap.11. §.14.* Beſold. *part.2. conſil.143. n.2. & 12.* Speidel. *in notab. jur. hiſt. polit. lit. E. n.17. verb.* Einſegen. Non itaque videmus ſolidam rationem juris, ob quam hi conjuges tanquam maculâ aliquâ notati ab officio vel dignitate removeri poſſint & debeant Dn Mævius *part.3 deciſ. 39. n.11.* ubi ita in ſupremo tribunali Wiſmarienſi Suecico 22. Jan. Anno 1655. pronunciatum refert: In Sachen der Alterleute der Tiſcher Appellanten, wider Marx Jägern Appellaten, itzo Burgermeiſter und Raht der Stadt Stralſund / wird befunden / daß nach Anweiſung jüngſt publicirten Reichs Abſcheides die Inhibitio gäntzlich auffzuheben / und geſtalten Sachen nach / Jägern bey ſeiner Nahrung und Zuſtand darinnen er ſich befindet / biß zu Außtrag der Sachen unverrückt zu laſſen / ſonſt aber quoad effectum devolutivum es zu ferner Erkäntniß ſtehen / und bemeldter Raht vermöge Buchſtäblichen Einhalts des Erb-Vertrages mit der anerbottenen Verſchickung der Acten an eine Juriſten Facultät zu forderſt zu verfahren befugt ſey / V. R. W. Uti etiam in Collegio Juridico Jenenſi Menſe Septemb. Anno 1633. ad requiſitionem der Saltz-Graffen und geſamte Pfennerſchafft zu Saltzungen deciſum, & eodem modo Menſ. Jun. Anno 1636. Senatui Altenburgenſi reſponſum meminit Richter *deciſ. 80. n.18.19.* uti etiam ampliſſima Facultas Juridica Wittenbergenſis An. 1622. & Conſiſtoriales zu Wolffenbüttel 30. Auguſt. Anno 1621. & Anteceſſores

Acade-

Academiæ Juliæ in caſu quodam reſponderunt, uti teſtatur Richter. d ſucceſſ. ab inteſtat. ſect. 1. memb. 3. num. 15. ubi tamen refert contrarium in Collegio Juridico Menſ. April. Anno 1622. deciſum, cujus tenorem hîc ſubjungimus: Hat ein Hoch- und Ehrwürdiges Dom-Capitul der hohen Biſchofflichen Kirchen zu Halberſtadt in beyſeyn der darzu Gehörigen/ uff vorhergehende reiffe Deliberation ſich am 25. Aprill Anno 1597. eines ſolchen ewig währenden und unwiderrufflichen Statuti verglichen/daß keine ſolche Perſohn zum Canonico auffgenommen/ oder wann ſie albereit recipirt, in ihrem Collegio geduldet werden ſolle/ welche ſeine Concubin, oder eine andere/ ſo ſich etiam levi macula turpitudinis in ihrem Ehrenſtandt beflecket/ zur Ehe nehmen würde/alles nach mehrem Inhalt der Copien ſub lit. E. iſt auch ſolcher einhellig gemachter und in vim ſtatuti publicirter Schluß von dem Weiland Hochwürdigen/ Durchleuchtigen und HochGebohrnen Fürſten und Herrn/ Herrn Hinrich Julio/ poſtulirten Biſchoffen des Stiffts Halberſtadt/Hertzogen zu Braunſchweig und Lüneburg &c. Chriſtmilder und Hochlöblicher Gedächtniß gnädig confirmirt, und daſſelbe Statut in der hohen Biſchofflichen Dom-Kirchen zu Halberſtadt alſo biß hero in viridi obſervantia gehalten worden/ daß wann ein Canonicus entweder eine Infamirte oder levi mala turpitudinis laborirende Perſohn Ehliget/er ſich dadurch des Canonicats, begehrten Reſidentz/Seſſion, und voti in Capitulo, wie auch deß dahero rührenden Einkommens und Jährlichen Hebung verluſtig gemacht/ da nun gleich euer Juncker N.N. ein vornehmer von Adel und Rittermäſſig/ und bey einer Adelichen und ſeinem Stand ebenbürtigen Jungfrauen in Ehren ſich angegeben/auch mit Vorwiſſen und Einwilligung ihrer Brüder/ Schweſter und Frau Mutter mit derſelben de præſenti verlobet/ welche ihre Adeliche Ehe biß dahin wol verwahret/ und durch das Beyſchlaffen/ ſo unerwartet der Priſterlichen Copulation mit ihren Verlobten Junckerngeſchehen/nicht alſo verſchertzet/daß ſie deßhalben ihr Infamiam de jure zugezogen hette: dennoch dieweil durch einen Chriſtlichen wolhergebrachten Gebrauch das Jus Canonicum in den Lutheriſchen Kirchen und unter den Reformirten Stifften und proteſtirenden Ständen/der geſtalt

 appro-

approbiret, daß wan gleich zwo Perſohnen einander die Ehe de præſenti öffentlich zu geſagt/ gleichwol dieſelbe vor der ordentlichen Copulation und Priſterlichen Segen / der fleiſchlichen Beywohnung enthalten ſollen / daß alſo die Ehe Verſprechung vermittelſt ordentlicher Proclamation und Einſegung des Prieſters zu vollzihen: welche Meinung Gottes Wort nicht zu wider/ ſondern des von dem Allerhöchſten eingeſetzten Eheſtandes Würde/ damit dieſelbe unviolirt bleibe / gemäß/ und zu Erhaltung Zucht und Ehrbarkeit/ zu Abwendung böſer Nachfolge dienlich/ derowegen vornehme Theologi und Juriſten ihnen / daß die Benedictio Sacerdotalis nöhtig ſeye / gefallen laſſen / zudem geiſtliche und weltliche Obrigkeiten auß vernünfftigen und hochwichtigen Urſachen / Geiſtliche und Weltliche / alß Kirchen Buß / und daß die Braut mit verdecktem Haupt und ohne Spiel zur Kirchen gehen muß / Item Gefängniß und andere Straffen darauff geſetzt wann das Beyſchläffen der Benedictioni Sarcerdotis vorgehet / darum die jenige nicht wol thun/ welche ſolche heilſame Ordnung nicht in Acht nehmen und gebrauchen/ ſondern ihnen daſſelbe Verbrechen außtrücklich und verweißlich iſt/ dahero euers Junkers Vertraute dawider nicht absque levi macula commiſſa gehandelt. Cypræus *cap.* 5. *de ſponſal.* §. 10. *n.* 2. & *c.* 13. §. 54. *num.* 1. Inmaſſen auch bey den Heyden Braut und Bräutigam Turpitudinem begangen/ wann ſie ſich ante Nuptias publicas zuſammen gefunden Cypræus *d.* §. 10. *n.* 6. *fol.* 130. und mit einander fleiſchlich eingelaſſen/ und euer Juncker nuhnmehr mit guten Gewiſſen ſeine obangezogene Braut nicht hindan ſetzen/ und verlaſſen kan/ dieweil auch per matrimonium ſequens die Vitia præcedentia nicht purgirt und aufgehoben werden/ ſondern ſtraffbar bleiben Cypræus *d. loc.* und in etzlichen unterſchiedenen Fällen ein groſſer Unterſcheid zwiſchen denen Kindern / ſo im Eheſtand gebohren / und denen / welche durch folgende Ehe legitimirt, wie Ludovicus Romanus *ad pr. l. ſi* 15. *qu.* 15. *num.* 16. & *ſeqq. ff. de uſucap. fol.* 107. Curtius Senior *conſ.* 13. *num.* 1. Und andere mehr / als Vultej. *lib.* 1. *de feudis fol.* 509. bezeugen: ſo ſind mehr erwehnte Herrn Capitularn, welche ſo wohl als euer Juncker uff obberürtes und anderer mehr Statuten, dieſelbe ſtet/ väſt/ und unverbrüchlich zu halten geſchworen / euren Junckern die begehrte Reſidenz und Capitul Stell abzuſchlagen berechtiget/ V. R. W.

Por-

XXIX. Porrò nec maculâ laborant, qui ab alio vitiatam duxit in matrimonium, nec ejus impedienda dignitas *cap. inter opera 20. X. d. ſponſal. ibique Gloſſ. & Panormitan.* Modeſtin. Piſt. *vol. 1. conſil. 46. n. 7. non enim impedienda.* Petrus Heig. *part. 1. q. 21. n. 62.* Carpzov. *I. F. R. S. p. 2. c. 6. d. 14.* Berlich. *part. 2. deciſ. aur. 299.* ubi ita in Senatu aulico Electorali Menſ. Mart. Anno 1636. judicatum refert. Nec inter infames aut levi macula notatos referri poſſunt liberi molitorum, textorum, chirurgorum, balneatorum R. A. zu Augſpurg *de Anno* 1548. *ſub rubric.* von Handwercks Söhnen / Geſellen und Lehr-Knaben *in pr. part. 2.* Von *Reformation* Guter Policey / & Policey Ordnung zu Franckfurt *de Anno* 1577. *tit.* 38. Von Handwercks Söhnen / ſetzen / ordnen / *&c.* die Schäffer. Matth. Stephan. *d. Idict. lib. 2. part. 2. cap. 8. num.* 43. 44. Carpzov. *I F. R. S. p. 2. c. 6. d. 12. & reſp. Elect. lib. 6. tit. 10. reſp. 99. n. 5.* veluti quoque pronunciârunt Scabini Lipſienſes ad requiſitionem Georgii Rems zu Kempnitz / Menſ. Mai. Anno 1641. Dieweil aber dennoch der Schäffer Söhne / Inhalts der Reich Conſtitutionen, von Ehrlichen Zünfften nicht außzuſchlieſſen / &c. So möget ihr auch von dem Fleiſcher-Handwercke nicht excludiret werden / ſondern es ſeyn die Meiſtere / wann ihr euch ſonſten im übrigen habilitiret, euch in ihrer Innung und zum Mittmeiſter auffzunehmen ſchuldig / V. R. W. Et ita ſæpius ampliſſima Facultas juridica H. A. reſpondit, uti ex Nobiliſſ. Dn. Præſide percepi. vid. Richter. *deciſ.* 80. *n.* 9. 10. 11. *num.* 26. notans, quandam deciſionem, quæ in ſcabinatu Jenenſi Menſ. Mart. An. 1633. ad requiſitionem Clauß Froſchen zu Blanckenberg lata eſt. Hic enim minis militum coactus fuit, ut cuidam aurem abſcinderet. Hanc verò ob cauſam illum non eſſe infamem nec è collegio opificum repellendum reſponſum commemorat. Denique qui bonis ceſſerunt, ſi fortuna adverſante ſine culpa in paupertatem inciderint, infamiam non incurrunt *l. 11. C. ex quib. cauſ. infam.* ibique Brunneman. & Barboſ. *l. ult. Cod. qui bon. ced.* Zoëſ. *ad ff. d. his qui not. infam. num.* 13. 14. Mævius *in diſcuſ. levam. Inop. debitor cap. 4. n. 104. & ſeqq. & in theatr. concurſ. credit. cap. 1. th. 37. n. 23.* Guid. Pap. *deciſ.* 344. hi verò, qui non ſolvendo exiſtunt, non

 temerè

temerè ſunt admittendi ad munera publica, quibus pars jurisdictionis adhæret *arg.l.6.in pr.ff.d.mun. & honor.* ſed ſi poſt ſuſceptum munus inopes ſint facti, res prudenter eſt temperanda, ut, ſi ex pravis moribus & culpâ inopia ortum trahat, ſint ab officio removendi, non verò ſi caſu contingat, quo facit *l.8.ff.d ſuſp.tut.l.5.Cod.eod.* & ita Scabini Lipſienſes reſponderunt ad conſultationem Victor Teutſchmans zu Sulecſ. Carpzov. *I.F.R.S.p.2.c.21.d.23.* Mævius *d.c.4.n.118.& ſeqq.*

XXX. Magnum iter emenſi ſumus, & delineavimus cauſas, ex quibus infamia oritur, nunc porro extendamus vela, & tractemus, quæ ſint effecta infamiæ: multa enim ſunt infamiæ incommoda, multa, quæ cæteris conceſſa, infamibus ſunt denegata, ne quis parum momenti habere hujus rei cognitionem arbitretur. Qui ſunt verè infames, his portæ dignitatum clauduntur *l.2.Cod.d.dignit.l.8.Cod.eod.* Paul. Chriſt. *in deciſ.Belg.vol.5.deciſ.52.n.3.* Brunneman. *in C.d.tit. d. dignitat.* adeò, ut ſi quis accuſatus ſit ob tale delictum, quod infamiam infert, proceſſu pendente non poſſit ad honores & dignitates vocari, antequam ſe purgaverit Chriſt.*d.deciſ.n.10.l.un.Cod.de reis poſtulat.* ibique Brunneman. Nec tantum in honoribus obtinendis infamia obſtaculo eſt; verum etiam hoc efficit, ut quis honore adepto privetur *l.8.C.d.decurion.l.12.C.d.dignit.l.pen in fin.C.eod. l.2. Cod.d.ſecund. nupt.l.1.in fin. C. ubi Senat.vel clariſſ.* Modeſt. Piſt. *vol.1. conſ.46. n.2.* Hinc rectè Scabini Lipſienſes Anno 1643. Menſ. April. reſponderunt ob ſtuprum & fornicationem quem removeri ex ordine vel collegio Senatorum Carpzov. *part.1. deciſ.17.* & viduam ſtuprum paſſam è Collegio ejici poſſe Carpzov. *in reſp. lib.6 reſp.100.* Sed ſi quis ſit accuſatus, an pendente cauſæ cognitione in priſtina dignitate permanere, an verò ſtatim removeri debeat? quæ quæſtio fuit agitata in ſuprema curia Mechlinienſi teſte Paul. Chriſtin. *in deciſ.Belg. vol.1. deciſ.162.* & rectè concluſum, quod pendente accuſatione in totum non ſit deſtituendus *l.un.ff.Nihil innov.pend appell.* quod etiam confirmat Merkelb. *tom.2. conſil.* Klock. *conſ.94.* Non tamen dubitamus, quin reus ab officii exercitio ad evitandum ſcandalum ſuſpendi poſſit, præcipuè, ſi per præparatam inquiſitionem valde gravatus ſit, quomodò in ſu-

in ſupremo Senatu Friſiorum deciſum refert Johann. à Sande *in deciſ. lib.5.tit.10.defin.2.* vid. Brunneman. *ad C.tit.d.dignitat.in fin.* hoc vero ſcandalum debet priùs probari adeò, ut ne quidem principi aſſerenti, timorem ſcandali ſubeſſe, credatur Menoch. *remed. 6. adipiſc. n. 17.* contra Decil. *conſ. 125. n.5.* Jacob. Mandel. Alban. *conſ. 75. n.6.* uti etiam in terminis ponit Bertrand. *conſ.83 licet pendente n.9. vol.1.p.7.* quod, licet quis poſſit ſcandali evitandi cauſa, ab officio ſuſpendi, tamen debeat de hujusmodi ſcandalo prius conſtare, nec ſufficere in eo aſſertionem Marchionis, qui in Bertrand. caſu Cancellarium ſuum ab officio removerat, eleganter Joan. Grivellus *deciſ. Dolan.60.n.13.* ait, in materia ſuſpenſionis ſive remotionis ab officio prudenter & temperatè procedendum eſſe, cùm ſuſpenſio famam ſuggillet apud probos viros & dedecus quoddam inurat. Quod ſi itaque indicia adſint criminis alicujus atrocioris, rectè ſuſpenſio ab officio decernitur, quæ etiam contra miniſtros Eccleſiæ locum obtinet, ne ex adminiſtratione officii ſacri pendente proceſſu inquiſitionis ſcandalum in Eccleſia detur, quod maximo ſtudio eſt prævavendum *cap. niſi cum pridem X. d. renunciat* Carpzov. *in jurisprud. conſiſt. lib.3. tit. 10. reſp.115.* quomodo Ampliſſima Facult. Juridica H. A. ante aliquot Menſes ad requiſitionem S. L. reſpondit N. Miniſtrum Eccleſiæ atrocis alicujus criminis inculpatum ad vitandum ſcandalum ab officio eſſe ſuſpendendum, usque dum prævia legitima inquiſitione confeſſus aut convictus fuerit, vel innocentiam obtinuerit, quæ ſuſpenſio etiam fuit decreta in caſu, quo Senator aliquis indiciis commiſſi criminis falſi fuit valde gravatus, uti apparet ex ſequenti reſponſo ab Ampliſ. & Spectabili Dn. Decano mihi communicato: Alß uns Decano, Seniori und andern Doctoribus der Juriſten Facultet bey der Univerſität zu Rinteln/ folgende Species facti zugeſand: Anno 1660. im Früling/ iſt in einer Stadt &c. und über die angezogene Frage unſer rechtliches Bedencken erfordert worden; demnach haben wir dieſelbe mit Fleiß verleſen/ collegialiter wol erwogen/ und ob es zwar zu Anfangs das Anſehen haben möchte/ als wann der Diffamirte Rahts-Verwandter/ der wider ihn ergangenen Diffamation criminis falſi ungeachtet/ in Collegio Senatorum

geduldet

